eorum portantes aromata. et resinam. et stacten in egyptum.
Dixit g iudas fratribus suis. Quid nobis prodest si occidamus
fratrem nostrum. et celauerimus sanguinem eius: Melius est
ut uendatur hismaelitis. et manus nre non polluantur. Frater
enim. et caro nra est. Adquieuerunt fratres sermonibus
eius. et pretereuntibus hismaelitis negotiatoribus. extrahen
tes eum de cisterna. uendiderunt hismaelitis uiginti ar
genteis. Qui duxerunt eum in egyptum. Reuersusq; ru
ben ad cisternam. non inuenit puerum. et scissis uestibus
pergens ad fres suos ait. Puer non comparet. et ego quo ibo:
Tulerunt autem tunicam eius. et in sanguine hedi quem

occiderant tinxerunt. mittentes qui ferrent ad patrem.
et dicerent. Hanc inuenimus: uide utrum tunica filii tui
sit an non. Quam cum agnouisset pater: ait. Tunica filii
mei est. fera pessima comedit eum: bestia deuorauit Io
seph. Scissisq; uestibus induitur cilicio: lugens filium
multo tempore. Congregatis autem cunctis liberis eius.
ut leuarent dolorem patris: noluit consolationem recipere.
sed ait. Descendam ad filium meum lugens et mestus.
Et illo perseuerante in fletu: madianite uenientes uende
runt Io
seph in egypto. putiphari eunucho pharaonis. magistro mi
litum. ·lxviii. Eo tempore descendens iudas a fratribus suis. diuertit ad uirum odollamitam. no
mine iram. Vidit ibi filiam hominis chananei uoca
bulo sue: et uxore acepta. ingressus est ad eam. Que conce
pit et peperit filium: uocauitq; nomen eius her. Rursum
concepto fetu: natum filium nominauit onam. Et rursum
quoq; peperit. quem appellauit sela. Quo nato: parere ultra
cessauit. Dedit autem iudas uxorem primogenito suo her.
nomine thamar. Erat q; her primogenitus iude. nequam
in conspectu dni: et ab eo occisus est. Dixit g iudas ad onam
filium suum. Ingredere ad uxorem fratris tui. et sociare illi.
ut suscitet semen fratri tuo. Ille autem sciens non sibi nasci fili
os. introiens ad uxorem fratris sui. semen fundebat in ter
ram. ne liberi fratri nomine nascerentur. Et ideo malus
erat coram dno: quod rem detestabilem faceret. Quam ob rem
dixit iudas thamar nurui sue. Esto uidua in domo pris
tui: donec crescat sela filius meus. Timebat enim ne et ipse
moreretur sicut fres eius. Que abiit: et habitauit in domo
patris sui. Euolutis autem multis diebus: mortua est filia
uxor iude. Que post luctum consolatione suscepta. ascende
bat ad tonsores ouium suarum. ipse et adulla opilio gregis odol
lamita in thamnas. Nuntiatumq; est thamar. quod socer
illius ascenderet in thamnas. ad tondendas oues. Que
deposita uiduitatis uestibus. assumpsit theristrum: et
mutato habitu. sedit in biuio uie. quod ducit thamnas.
eo quod crescuisset sela. et ipsa accepisset eum maritum. Quam
cum uidisset iudas. suspicatus est eam meretricem. Opti
erat enim uultum suum: ne cognosceretur. Ingrediens
q; ad eam. ait. Dimitte me ut coeam tecum. Nesciebat
enim quod nurus sua esset. Qua respondente. quid michi da
bis ut fruaris concubitu meo: Dixit. Mittam tibi hedum
de gregibus. Rursumq; illa dicente. patiar quod uis. si dederis
mihi arrabonem. donec mittas quod polliceris: ait iudas. Quid
uis tibi pro arrabone dari: Respondit. Annulum tuum et
armillam: et baculum quem manu tenes. Edidit q; statim
concepit mulier: et surgens abiit. Depositoq; habitu quem
assumpserat: induta est uiduitatis uestibus. Misit autem
iudas hedum per pastorem suum odollamitam: ut recipe
ret pignus quod dederat mulieri. Qui cum non inuenisset eam:
interrogauit homines loci illius. Vbi est mulier que sede
bat in biuio: Respondentibus cunctis. non fuit in isto loco me
retrix: reuersus est ad iudam et dixit ei. Non inuenio eam.
Sed et homines loci illius dixerunt in numquam sedisse ibi scor
tum. Dixit iudas. Habeat sibi. Certe mendacii nos arguere
non poterit. Ego misi hedum quem promiseram: et tu non
inuenisti eam. Ecce autem post tres menses. nuntiatum est
ei de ea dicentes. Fornicata est thamar nurus tua: et ut dete
gitur ei uentrem fecerit. Dixit iudas. Producite eam ut co
buratur. Que cum educeretur ad penam: misit ad socerum
suum dicens. De uiro cuius hec sunt concepi. Cognosce
cuius sit annulus et armilla et baculus. Qui agnitis mune
ribus ait. Iustior me est: quia non tradidi eam sele filio meo. Ad
tamen ultra non cognouit eam. Instante autem partu. appa
ruerunt gemini in utero eius. atq; in ipsa effusione in
fantium. unus protulit manum. in qua obstetrix ligauit
coccineum dicens. Iste egredietur prior. Illo autem retrahente

manum: in qua obstetrix ligauit coccinum dicens: Iste egredietur prior. Illo autem retrahente manum: egressus est alter. Dixitq; mulier. Quare diuisa est propter te maceria? Et ob hanc causam: uocauit nomen eius Phares. Postea egressus est frater eius: in cuius manu erat coccinum: quod appellauit Zaram. Igitur Ioseph ductus est in Ægyptum: emitq; eum putiphar eunuchus pharaonis princeps exercitus: uir Ægyptius de manu ismahelitarum: a quibus productus erat. Fuitq; dominus cum eo: et erat uir in cunctis prosperis agens: habitabatq; in domo domini sui. Qui optime nouerat dominum esse cum eo: et omnia quæ gerebat ab eo dirigi in manu illius. Inuenitq; Ioseph gratiam coram domino suo: et ministrabat ei. Ille quo prepositus omnibus gubernabat creditam sibi domum: et universa quæ tradita sibi fuerant. Benedixitq; dominus domui Ægyptii propter Ioseph: et multiplicauit tam in ædibus quam in agris cunctam ei substantiam: nec quicquam aliud nouerat nisi panem quo uescebatur. Erat autem pulchra facie Ioseph: et decorus aspectu. Post multos itaq; dies iniecit domina oculos suos in Ioseph: et ait. Dormi mecum. Qui nequaquam adquiescens operi nefario: dixit ad eam. Ecce dominus meus omnibus mihi traditis ignorat quid habeat in domo sua: nec quicquam est quod non in mea potestate sit: nisi te tradiderit mihi: præter te quæ uxor eius es. Quo pacto possum hoc malum facere: et peccare in deum meum? Hiis eodem modo uerbis per singulos dies: et mulier molesta erat adolescenti: ille recusabat stuprum. Accidit autem ut quadam die introiret Ioseph domum: et operis quippiam absque arbitris faceret. At illa apprehensa lacinia uestimenti eius: dixit. Dormi mecum. Qui relicto in manu eius pallio fugit: et egressus est foras. Cumq; uidisset mulier uestem in manibus suis: et se contemptam: uocauit hominem domus suæ: et dixit ad illos. Ecce introduxit uirum hebreum: ut illuderet nobis. Ingressus est ad me: ut coiret mecum. Cumq; ego succlamassem: et audisset uocem meam: reliquit pallium quod tenebam: et fugit foras. In argumentum fidei retenti pallium ostendit marito reuertenti domum: et ait. Iuxta me seruum hebreum quem adduxisti: ut illuderet mihi. Cumq; audisset me clamare: et reliquit pallium et fugit foras. His auditis dominus nimium credulus uerbis coniugis: nimis est uehementer iratus Ioseph mancipauitq; carceri: ubi uincti regis custodiebantur: et erat ibi clausus. Fuit autem dominus cum Ioseph: et misertus illius. dedit ei gratiam in conspectu principis carceris. Qui tradidit in manu eius uniuersos uinctos qui in custodia tenebantur: et quicquid fiebat sub eo erat: nec nouerat aliquid cuncti ei creditum. Dominus enim erat cum eo: et omnia eius opera dirigebat.

Hiis itaq; gestis: accidit ut peccarent duo eunuchi principes regis Ægypti: pincerna et pistor domino suo. Iratusq; Pharao contra eos: nam alter principatui præerat: et alter pistoribus: misit eos in carcerem principis militum: in quo uinctus erat Ioseph. Et custos carceris tradidit eos Ioseph: ut ministraret eis. Aliquantum temporis fluxerat: et illi in custodia tenebantur. Viderunt autem somnium ambo nocte una: iuxta interpretationem sui gruam. Ad quos cum mane introisset Ioseph mane: et uidisset eos tristes: interrogauit eos dicens. Cur tristior est hodie solito facies tua? Qui responderunt. Somnium uidimus: et non est qui interpretetur nobis. Dixitq; ad eos Ioseph. Numquid non dei est interpretatio? Referte mihi quid uideritis. Narrauit primus pincernarum somnium suum. Videbam coram me in ortem in qua erant tres palmites. crescere paulatim gemmas: et post flores uuas maturescere. calicemq; Pharaonis in manu mea. Tuli igitur uuas: et expressi in calicem quem tenebam: et tradidi poculum Pharaoni. Respondit Ioseph. Hæc est interpretatio somnii. Tres palmites: tres adhuc dies sunt. post quos recordabitur Pharao ministerii tui: et restituet te in gradum pristinum. Dabisq; ei calicem iuxta officium tuum: sicut facere ante consueueras. Tantum memento mei cum bene tibi fuerit: et facies mecum misericordiam. ut suggeras Pharaoni ut educat me de isto carcere. quia furtum sublatus sum de terra hebreorum: et hic innocens in lacum missus sum. Videns pistorum magister: quod prudenter somnium dissoluisset: ait. Et ego in somnio meo habere me tria canistra farinæ super caput meum: et in uno canistro quod erat excelsius portare me omnes cibos qui fiunt arte pistoria: auesq; comedere ex eo. Respondit Ioseph. Hæc est interpretatio somnii. Tria canistra tres adhuc dies sunt. post quos auferet Pharao caput tuum. ac suspendet te in cruce: et lacerabunt uolucres carnes tuas. Exinde die tertio natalis Pharaonis erat. Qui faciens grande conuiuium pueris suis: recordatus est inter epulas magistri pincernarum: et pistorum principis: restituitq; alterum in locum suum ut porrigeret regi poculum. alterum suspendit in patibulo: ut coniectoris ueritas probaretur. Et tamen succedentium principis: oblitus est interpretis sui.

Post duos autem annos: uidit Pharao somnium. Putabat se stare supra fluuium. de quo ascendebant septem boues pulchræ: et crassæ nimis: et pascebantur in locis paludibus. Aliæ quoque septem emergebant de flumine fœdæ confectæque macie: et pascebantur in ripa amnis ripis. in locis uiridantibus. deuorauerunt quæ ex his quarum nulla species: et habitudo corporis erat. Expergefactus Pharao rursum dormiuit: et uidit alterum somnium. Septem spicæ pullulabant in culmo uno: plenæ atque formosæ. Aliæ quoque totidem spicæ tenues et percussæ uredine oriebantur: deuorauerunt omnem pulchritudinem. Euigilauit autem postquam. et rursum mane pauore perterritus: misit ad coniectores Ægypti. cunctosque sapientes: et accersitis narrauit somnium. nec erat qui interpretaretur. Tunc demum reminiscens pincernarum magister ait. Confiteor peccatum meum. Iratus rex seruis suis: me et magistrum pistorum retrudi iussit in carcerem principis militum: ubi una nocte uterque uidimus somnium. præsagium futurorum. Erat ibi puer hebreus ejusdem ducis militum famulus. Cui narrantes somnia. audiuimus quicquid postea rei patuit euenisse. Ego enim reddita sum officio meo: et ille suspensus est in cruce. Percunctati ad regis impium eductum de carcere Ioseph uiderunt: ac ueste mutata obtulerunt ei. Cui ille ait. Nisi somnium manet est qui edisserat quæ uidi: audiui te prudentissime coniicere. Respondit Ioseph. Absque me respondebit deus prosperum Pharaoni. Narrauit igitur Pharao quod uiderat. Putabam me stare supra ripam fluminis: et septem boues de amne conscendere pulchræ nimis: et obesis carnibus: quæ in pastu paludis uirentia carpebant. Et ecce has sequebantur aliæ septem boues. in tantum macilentæ et deformes: ut nunquam tales in tota Ægypti uiderim. quæ deuoratis et stipatis ponibus. nullum saturitatis dedere uestigium: sed simili macie et squalore torpebant. Euigilans rursum sopore depressus: uidi somnium. Septem spicæ pullulabant in culmo uno: plenæ atque pulcherrimæ. Aliæ quoque septem tenues et percussæ uredine oriebantur e stipula: quæ priorum pulchritudinem deuorauerunt. Narraui coniectoribus somnium: et nemo est qui edisserat. Respondit Ioseph. Somnium regis unum est. Quæ facturus est deus: ostendit Pharaoni. Septem boues pulchræ: et septem spicæ plenæ. septem ubertatis anni sunt. eandemque unum somnii comprehendunt. Septem quoque boues tenues atque macilentæ. quæ ascenderunt post eas: et septem spicæ tenues: et uento urentes percussæ. septem anni sunt uenturæ famis. qui hoc ordine complebuntur. Ecce anni septem uenient fertilitatis magne in uniuersa terra Ægypti: quos sequentur septem

annu alii tante sterilitatis: ut obliuioni tradatur cuncta re habundantia. Consumptum est enim famis omnē frum: tubtatis magnitudinem penitus inopie magnitudo. Qđ autem uidit sepe, ad eandem rem pmens sompnū firmatis indicium est: eo qđ fiat sermo dei: et uelociter impleatur. Nunc g̃ prudeat rex uirum sapientem: et industrium: et prefitiat eum tre egypti: qui constituat ꝓpositos p singulas regiones: et quintam partem fructuum p septem annos fertilitatis: qui iam nunc futuri sunt congreget tritic̃ in horrea: et omne frumentum sub pharaonis potestate condat: seruetur q̃ in urbibus: et ꝓparetur future septem annor̃ fam̃. que pstura est egypto: et nō consūmetur tra inopia. Placuit pharaoni cō silium: et cunctis ministris eius. Locutusq; est ad eos. Num inuenire potemus talem uirum: qui spū dei plenus sit: Dixit g̃ ad ioseph. Quia g̃ ostendit t̃ deus oīa que locut̃ es. numquid sapientiorem et similem tui inuenire potero: Tu eris sup domū meam: et ad tui oris imperium cunctus populus obediet. Uno tantum: regni solio te precedam. Ducesq; quecq; ubicumq; uolueris. Dixit quoq; pharao ad ioseph. ecce constitui te sup uniūsam tram egypti: tulit anulum de manu sua: et dedit in manu eius: uestiuitq; eum stola byssina: et collo torquem auream circūposuit: fecitq; ascendere eum sup currum suum secūdum. clamante precone: ut omes coram eo genu flecterent. et ꝓpositū eē scirent uniuse tre egypti. Dixit q̃ rex ad ioseph. Ego sū pharao. absq; tuo ipio. nō mouebit quisq̃m manū aut pedem. in omi tra egypti. Vertitq; nomen eius: et uocauit eum lingua egyptiaca. saluatorem mundi. Dedit q̃ illi uxorē. aseneth filiam putiphare. sacerdotis heliopoleos. Egressus itaq; ioseph ad terram egypti. triginta autem annor̃ erat. qñ stetit in conspectu regis pharaonis. circuiuit omes regiones egypti. Veniitq; fertilitas septem annor̃. in manipulos redacte segetes. congregate sunt in horrea egypti. Omnis em frugum habundantia: in singulis urbibus condita est. Tanta q; fuit multitudo tritici. ut harene maris coequaret: et copiā mensuram excederet. Nati sunt aut̃ ioseph filii duo. anteqũ uenirent fames: quos peperit aseneth filia putiphare: sacerdotis heliopoleos. Vocauitq; nomen primogeniti manasses dicens. Obliuisci me fecit ds̃ omnium laborum meor̃: et domus patris mei. Nomen q; secundi: appellauit ephraim. dicens. Crescere me fecit ds̃ in tra paupertatis mee. Igitur transactis septem annis fertilitatis: qui fuerant in egypto: ceperunt uenire septē anni inopie. quos predixerat ioseph: et in uniuerso orbe fames ꝓualuit. In cuncta autem terra egypti: defecerat panis. Qua esuriente: clamauit plebs ad pharaonem alimenta petens. Quibus ille respondit. ite ad ioseph: et quecq̃ uobis dixerit facite. Crescebat aut̃ cotidie fames in omi terra. cpulitq; ioseph uniuersa horrea: et uendebat egyptiis. Nam et illos fames oppresserat. Omnesq; puincie ueniebant in egyptum. ut emerent escas. et malum inopie temperarent. hoc.

Audiens autem iacob qđ alimenta uenderent̃ in egypto: dixit filiis suis. Quare negligitis: audiui q̃ triticum uenūdetur in egypto. Descendite et emite nobis necessaria: ut possimus uiuere: et nō defatigemur inopia. Descenderunt g̃ fratres ioseph decem. ut emerent frumenta in egypto: beniamin domi retento a iacob. qui dixerat filiis ei: ne forte in itinere quicq̃m mali patiat̃. ingressi sunt tram egypti. cum aliis qui ꝓgebant ad emendū. Erat autem fames in terra chanaan. et ioseph ꝓcepsl egypti. atq; ad illius nutum frumenta populis uendebant̃. Cumq; aduenissent eius fratres sui: et agnouisset eos: qi ad alienos diuinus loquebatur. interrogans eos. Unde uenistis: Qui responderunt. De terra chanaan: ut emamus uictui necessaria. Et tam fratres ipē cognoscens: nō est agnitus ab eis. Recordatusq; somniorum que aliq̃n uiderat: ait ad illos. Exploratores estis: ut uidetis infirmiora tre uenistis. Qui dixerunt. Non est ita dne: sed serui tui uenerunt ut emerent escas. Omes filii unius sumus. Pacifici uere sumus: nec quicq̃m famuli tui machinant̃ mali. Quibus ille respondit. Aliter est. Immunita tre huius considerare uenistis. Et illi. Duodecim inquiunt serui tui sumus frēs: filii unius unius in tra chanaan. Minimus cum patre nūc est: et alius nō est sup. Hoc est aut qđ locutus sum: qi exploratores estis. Iam nunc experimentum uri capiam. Per salutē pharaonis nō egrediemini hinc. donec ueniat frat̃ ur minimus. Mittite e uobis unum et adducat eum: uos autem eritis in uinculis. donec plenius que dixistis. utrum falsa an uera sint. Alioquin per salutem pharaonis exploratores estis. Tradidit g̃ eos custodie tribus diebus. Die autem tertio. eductis de carcere ait. Facite que dixi et uiuetis. Deum enim timeo. Si pacifici estis: frat̃ ur unus ligetur in carcere. uos autem abite. et ferte frumenta que emistis in domos uras. et frem uīm minimū ad me adducite. ut possim uos probare sermones: et nō moriamini. Fecerunt ut dixerat: et locum fuit ad inuicem. Uerum hec patimur: qi peccauimus in frem nr̃m. et uidentes angustiam animę ei. dum deprecaret̃ nos: et nō audiuimus. Propterea uenit sup nos ista tribulatio. Et quibus unus ruben ait. Numquid non dixi uobis nolite peccare in puerum: et nō audistis me: Et sanguis eius exquiritur. Nescriebant autem qđ intelligeret ioseph: eo qđ per interpretem loqueret̃ ad eos. Auertitq; se parumper: et fleuit. Et reuersus locutus est ad eos: tollensq; symeon et ligauit illis presentibus. iussit ministris ut implerent saccos eor̃ tritico. et reponerent pecunias singulor̃ in sacculis suis: et dari sup̃ uiatica. Qui fecerunt ita. Et illi portantes frumenta in asinis: profecti sunt. Aperto q; unus sacco. ut daret iumento pabulum in diuersorio. contemplatus pecuniam in ore sacculi. dixit fratribus suis. Reddita est mihi pecunia. Et habetur in sacco. Et obstupefacti turbatiq; dixerunt mutuo. Quid nam hoc est qđ fecit nobis deus: Venerunt q; ad iacob patrem suum in tra chanaan: et narrauerunt ei omnia que acciderant sibi dicentes. Locutus est nob dūs terre huius: et putauit nos exploratores puincie. Cui respondimus. Pacifici sumus: nec ullas molimur insidias. Duodecim fratres sumus. uno patre geniti. Unus si est sup. minimus cum patre uersatur in tra chanaan. Qui aut nobis. Sic probabo qđ pacifici estis. Fratrem uīm unum dimittite apud me. et cęteraria domibus uīis necessaria sumite et abite. frem q; uīm minimū adducite ad me. ut sciam qđ si sitis exploratores: et uobis qui tenetur in uinculis recipe possitis. ac deinceps emendi que uultis habeatis licentiam. His dictis. cum frumenta effunderent singuli: reperierunt in ore saccor̃ ligatas pecunias. Et exterriti sunt omnibus: dixit pater iacob. Absq; liberis me ee fecistis. Joseph nō est sup. symeon tenetur in uinculis: beniamin auferetis. In me hec mala omnia redundabunt. Cui respondit ruben. Duos filios meos interfice: si ti reduxero illum tibi. Trade eum in manu mea: et ego eum t̃ restituam. Sit ille. Non descendet quicq̃m filius meus uobiscum. frat̃ eius mortuus est: ipe solus remansit. Si quid aduersi ei acciderit in tra ad quam ꝓgitis. deducetis canos meos cū dolore ad inferos. hoc. Interim fames omnē terram uehementer ꝓmebat. consumptisq; ei bis quos ex egypto detulerant. dixit iacob filiis suis. Reuertimini et emite nobis pauxillum escarū. Respondit iudas. Denuntiauit uir ille nobis sub testificatione iuramenti dicens. Non uidebitis faciem meam: nisi frem uīm minimū adduxeritis uobiscū. Si ergo uis mittere eum nobiscum ꝓgemur pariter: et ememus t̃ necessaria. Si autem nō uis: nō ibimus. Dixit enim ut sepe dximus.

Gen. i. C. xlij. C. xlij. C. xlij.

denuntiauit nobis dicens. Non uidebitis faciem meã. absq; fr̃e ur̃o minimo. Dixit eis ihs. In meam hoc fecistis miseriam. ut indicaretis ei. et alium uos h̃re fratrem. At illi respondiunt. Interrogauit nos homo p ordinẽ. nr̃am ꝑgeniem. si pater uiueret. si h̃remus fratrẽ. et nos respondimus ei consequenter. iuxta id qd̃ h̃ebant scire tatus. Numquid scire potebam. qd̃ dicturus eet adducite uobiscum fr̃em uestr̃m. Judas aũt dixit patri suo. Mitte puerum mecum ut pficiscamur. et possimus uiuere. ne moriamur et nos et pueri nri. Ego suscipio puerũ. de manu mea require illum. Nisi reduxero et tradidero eum tibi. ero peccati reus ei omi tempe. Si nr̃a interuenisset dilatio. iam uice altera uenissemus. Igitur ihs pr̃ eor. dixit ad eos. Si sic necesse e. facite qd̃ uultis. Sumite de optimis fr̃e fructibus in uasis uestr̃is. et deferte uro munera. modicũ resinæ et mellis. et storacis. et stactes. et therebinthi. et amygdalarũ. pecuniamq; duplicem ferte uobiscũ. et illam quam inuenistis in sacculis reportate. ne forte errore factũ sit. Sed et fratrem uestr̃m tollite. et ite ad uirũ. Deus aũt meus omꝑet fatiat eum uobis placabilem. et remittat uobiscum fr̃em uestr̃m quem tenet in ultimis. et hunc beniamin. Ego aũt qñ orbatus absq; liberis ero. Tulerunt ergo uiri munera et pecuniam duplicem et beniamin. descenderuntq; in egyptũ. et steterunt coram ioseph. Quos cũ uidisset ille et beniamin simul. precepit dispensatori domus sue dicens. Introduc uiros domum. et occide uictimas. et instrue conuiuiũ. quia mecum sunt cõmesturi meridie. Fecit ille sicut fuerat imperatũ. et introduxit uiros domum. Illi aũt exterriti. dixerunt mutuo. Propter pecuniam quam retulimus prima in saccis nris. uult nos ducere seruitutẽ. et deuoluat in nos calumpniam. et uolens subtrahat seruitutem et nos et asinos nros. Quam obrem in ipsis foribus accedentes ad dispensatorem locuti sunt. Obsecr̃o dñe ut audias. Jam ante descendimus. ut emerem⁹ escas. Quibus emptis cum uenissemus ad diuersoriũ aperuimus sacculos nros. et inuenimus pecuniã in ore saccorũ. Quã nunc eadem pondẽ reportauimus. Siquidem et aliud attulimus argentum. ut emamus que necessaria sunt. Non e⁹ in nra conscia. quis eam posuerit in marsupiis nris. At ille respondit. Pax uobiscum. nolite timere. Dñs ur̃ et dñs pr̃is uestri. dedit uob thesauros in sacculis uestris. Nam pecuniam quam dedistis in platam ego habeo. Eduxitq; ad eos symeon. et introduxit dominum. attulit aquam. et lauerunt pedes suos. deditq; pabula asinis eorũ. Illi u parabant munera. donec ingrederet⁹ ioseph meridie. audierant enim quod ibi cõmesturi essent panem. Igitur ingressus est ioseph domum suam. obtulerunt⁹q; ei munera tenentes in manibus. et adorauerunt pr̃m in terram. At ille clementer resalutauit eos. interrogauit dicens. Saluus ne est pater ur̃ senex. de quo dixeratis mihi. Adhuc uiuit. Qui responderunt. Sospes est seruus tuus pat̃ nr̃. adhuc uiuit. Et inclinati adorauerunt eum. Attollens autem oculos ioseph. uidit beniamin frem suum uterinum. et ait. Iste e frat̃ ur̃ minimus. de quo dixeratis mihi. Et rursum. Deus miserea⁹ tui fili mi. festinauitq; in domũ. q̃ commota fuerant uiscera eius sup fr̃e suo. et erumpebant lacrime. Et introiens cubiculum. fleuit. Rursumq; lotam faciem egressus continuit se. et ait. Ponite panes. Quibus appositis seorsum ioseph. et seorsum fratribus. egyptii q̃q; q̃ uescebantur simul seorsum. illicitum e enim egyptiis comedere cum hebreis. et pfanum putant huiuscemodi conuiuium. Sederunt coram eo primogenitus iuxta primogenita sua. et iuuenis uis iuxta etatem suam. et mirabantur singuli. sumptis partibus quas ab eo acceperant. maiorq; pars uenit beniamin. ita ut quinq; ptibus excederet. Biberuntq; et inebriati sunt cum eo. Precepit autem ioseph. dicens dispensatori domus sue. Imple saccos eorũ frumento quantum possunt capere. et pone pecuniam singulorũ. in summitate sacci. Cyphum autem meum argenteum. et pretium qd̃ dedit tritici pone in ore sacci iunioris. Factumq; est ita. Et orto mane. dimissi sunt cum asinis suis. Jamq; urbe egressi erant. et processerant paululum. tunc ioseph accersito dispensatore domus. Surge inquit psequere uiros. et apprehensis dicito. Quare reddidistis malum pro bono. Cyphus quem furati estis ipe est in quo dñs meus bibit. et in quo auguriari solet. Pessime rem fecistis. Facit ille ut pceperat. et apprehensis p ordinem locutus est. Qui respondit. Quare sic loquit dñs nr̃. ut serui tui tantum flagitium admiserint. Pecuniam quam inuenimus in summitate saccorũ reportauimus ad te de terra chanaan. et qñ consequens est ut furati simus de domo dñi tui aurum uel argentum. Apud quemcunq; fuerit inuentũ seruorũ tuorũ qd̃ queris moriatur. et nos serui erimus dñi nr̃i. Qui dixit eis. Fiat secũdm sententiam uestram. Apud quem fuerit inuentũ. ipe sit seruus meus. uos autem eritis innoxii. Itaq; festinato deponentes saccos in terram. aperuerunt singuli. Quibus scrutatis. incipiens a maiore usq; ad minimũ. inuenit cyphum in sacco beniamin. At illi scissis uestibus onerataq; rursum asinis. reuersi sunt in opidũ. Primusq; judas cum fratribus. ingressus est ad ioseph. Necdum eum de loco abierat. omnesq; ante eum pr̃ in terram corruerunt. Quibus ille ait. Cur sic agere uoluistis. An ignoratis qd̃ nõ sit simile mei. in augurandi scientia. Cui judas. Quid respondebimus dño meo. uel quid loquimur. aut uiste poterimus obtendere. Deus inuenit iniquitatẽ seruorũ tuorũ. Ecce omes serui sumus dñi mei. et nos et apud quem inuentus est cyphus. Respondit ioseph. Absit a me. ut sic agam. Qui furatus est cyphum ipe sit seruus meus. uos aute abite ad patrem uestr̃m. Accedens autem ppius judas. confidenter ait. Obsecr̃o dñe mi. loquatur seruus tuus uerbum in auribus tuis. et ne irascaris famulo tuo. Tu es enim post pharaonem dñus meus. Interrogasti puros seruos tuos habet patrem aut fr̃em. et nos respondimus tibi dño meo. Est nobis pater senex. et puer paruulus qui in senectute eius natus est. cuius uterinus frater mortuus est. et ipe solus habet matrem suam. pater eius tenere diligit eum. Dixistiq; seruis tuis. Adducite eum ad me. et ponam oculos meos super eum. Suggessimus dño meo. Non potest puer relinquere patrem suum. Si enim illum dimiserit. morietur. Et dixisti seruis tuis. Si non uenerit fr̃ uestr̃ minimus uobiscum. non uidebitis amplius faciem meam. Cum igr̃ ascendissemus ad famulum tuum patrem nr̃m. narrauimus ei omia que locutus est dñs meus. Et dixit pater ur̃. Reuertimini. et emite nobis parum tritici. Cui diximus. Ire non possumus. Si frater noster minimus descenderit nobiscum. proficiscemur simul. Aliquin illo absente. non audemus uidere faciem uiri. Ad que ille respondit. Vos scitis qd̃ duos genuerit mihi uxor mea. Egressus est unus. et dixistis. Bestia deuorauit eum. et huc usq; non comparet. Si tuleritis et istum. et aliquid ei in uia contigerit. deducetis canos meos cum dolore ad inferos. Ego ipe seruus tuus sum. qui in meam hunc recepi fidem. et spopondi dicens. Si reduxero eum pecati reus ero. omni tempe in patre meo. Obsecro itaq; seruus tuus pro puero. in ministerio dñi mei. et puer ascendat cum fratribus suis. Non enim possum redire ad patrem absente puero. ne calamitatis que oppressura est patrem meum. testis absistam. Non se poterat ultra cohibere ioseph. multis coram astantibus. Unde precepit ut egrederentur cuncti foras. et nullus interesset alienus agnitioni mutue. Eleuauitq; uocem cũ fletu. quam audie

¶.iii.

¶.iii. Gen. i. fo. xlviii

¶.ii.

fo. xlv.

¶.iiij.

runt egyptū omūsq; domus pharaonis. et dixit fratribus suis. Ego sum ioseph. adhuc pater meus uiuit. Nec potant respondere fratres. stupore pterriti. At quos ille clementer. accedite inquit ad me. Et cum accessissent. ait. ego sum ait ioseph frater uester. quem uendidistis in egyptum. Nolite pauere. nec uobis durum esse uideatur. quod uendidistis me in has regiones. Propter salutem enim uestram misit me deus ante uos in egyptum. Biennium est enim quod fames esse cepit in terra. et adhuc quinq; anni restant. quibus nec arari poterit. Premittit me deus uester. ut reseruetur uobis semen. et escas ad uiuendum hic possitis. Non uestro consilio. sed dei uoluntate huc missus sum. qui fecit me quasi patrem pharaonis. et dominum uniuerse domus eius. ac principem in omni terra egyptia. festinate et ascendite ad patrem meum. et dicetis ei. Hec mandat filius tuus ioseph. Deus me fecit dominum uniuerse terre egyptie. Descende ad me ne moreris. habita in terra gessen. eris q; iuxta me tu et filii tui. et filii filiorum tuorum. oues tue et armenta tua. et uniuersa que possides. ibi q; te pascam. Adhuc enim quinq; anni residui sunt famis. ne et tu pereas et domus tua. et omnia que possides. Et ecce oculi uestri et oculi beniamin fratris mei uident. quod os meum loquatur ad uos. Nuntiate patri meo uniuersam gloriam meam. et cuncta que uidistis in egypto. festinate. et adducite eum ad me. Cumq; amplexatus recidisset in collum beniamin fratris sui fleuit. illo quoq; simulter flente super collum eius. Osculatus quoq; est ioseph omnes fratres suos. et plorauit super singulos. Post que auditi sunt loqui ad eum. Auditumq; est et celebri sermone uulgatum in aula regis. uenerunt fratres ioseph. Et gauisus est pharao. atq; omnis familia eius. Dixitq; ad ioseph. ut imperaret fratribus suis dicens. Onerate iumenta ite in terram chanaan. et tollite inde patrem uestrum et cognationem. et uenite ad me. et ego dabo uobis omnia bona egypti. ut comedatis medullam terre. Precipe etiam ut tollant plaustra de terra egypti ad subuectionem paruulorum suorum et coniugum. ac dicito. Tollite patrem uestrum et properate quantocius uenire. nec dimittatis quicquam de supellectile uestra. quia omnis opes egypti uestre erunt. Fecerunt q; filii israel. ut eis mandatum fuerat. Quibus dedit plaustra ioseph secundum pharaonis imperium. et cybaria in itinere. Singulisq; presentari iussit binas stolas. beniamin autem dedit trecentos argenteos. cum quinq; stolis optimis. tantundem pecunie ac uestium mittens patri suo. addens ei asinos decem. qui subuecturi essent ex omnibus diuitiis egypti. et totidem asinas fructuum in itinere panem et quicquid portandum erat. Dimisit ergo fratres suos. et proficiscentibus ait. Ne uascamini in uia. Qui ascendentes ex egypto uenerunt in terram chanaan. ad patrem suum iacob. et nuntiauerunt ei dicentes. Joseph uiuit. et ipse dominatur in omni terra egypti. Quo audito iacob. quasi de graui somno euigilans. tamen non credebat eis. Illi ecquid referebant omnem ordinem rei. Ut q; uidisset plaustra et cuncta que miserat. reuixit spiritus eius. et dixit. Sufficit mihi. si adhuc filius meus ioseph uiuit. uadam et uidebo illum antequam moriar.

Profectusq; israel cum omnibus que habebat. uenit ad puteum iuramenti. Et mactatis ibi uictimis deo patris sui ysaac. audiuit eum per uisionem nocte uocantem se. et dicentem sibi. Iacob iacob. Cui respondit. Ecce adsum. Qui ille ds. Ego sum fortissimus deus patris tui. noli timere. descende in egyptum. quia in gentem magnam faciam te ibi. Ego descendam tecum illuc. et ego inde adducam te reuertentem. Joseph quoq; ponet manum suam super oculos tuos.

Surrexit iacob a puteo iuramenti. tuleruntq; eum filii sui cum parunulis et uxoribus suis. in plaustris que miserat pharao ad portandum senem. et omnia que possederat in terra chanaan. uenitq; in egyptum cum omni genere suo. filii eius et nepotes. filie et cuncta simul progenies. Hec sunt aut nomina filiorum israel. qui ingressi sunt in egyptum. ipse cum liberis suis.

Primogenitus ruben. filii ruben. enoch. et phallu. et esrom et carmi. filii symeon. iemuhel et iamin et ahod et iachym et saher et saul filius chananitidis. filii leui. gerson. caath et merari. filii iuda. her. et onam et sela et phares et zara. Obiit autem her. et onam in terra chanaan. Nati q; sunt filii phares. esrom et hamul. filii ysachar. thola et phua et iob. et semron. filii zabulon. sared et helon et iahelel. Hii filii lie. quos genuit in mesopotamia syrie cum dina filia sua. omnes animne filiorum eius et filiarum. triginta tres. filii gad. sephon. et aggi. suni et esebon. heri et arodi et areli. filii aser. iamne et iesua et iesui et beria. Soror q; eorum sara. filii beria. heber et melchiel. Hii filii zelphe. quam dedit laban lie filie sue. et hos genuit iacob sedecim animas. filii rachel uxoris iacob. ioseph et beniamin. Nati q; sunt ioseph filii in terra egypti. quos genuit ei aseneth filia putiphare sacerdotis heliopoleos. Manasses et ephraim. filii beniamin. bela et bechor et asbel. gera. et naa. enam et echi. et rosinophin. ophim et ared. Hii filii rachel quos genuit iacob. omnes animne quatuordecim. filii dan. husim. filii neptali. iahel et guni et iezer et sallem. Hii filii bale quam dedit laban rachel filie sue. et hos genuit iacob. omnes animne septem. Cuncte animne que ingresse sunt cum iacob in egyptum. et egresse de femore illius absq; uxoribus filiorum. sexaginta sex. filii autem ioseph qui nati sunt ei in terra egypti. animne due. Omnes animne domus iacob que ingresse sunt in egyptum. fuere septuaginta.

Misit autem iudam ante se ad ioseph ut nuntiaret ei. et occurreret ingressui. Quo cum peruenisset. iuncto ioseph curru suo ascendit obuiam patri. ad eundem locum. Uidensq; eum irruit super collum eius. et iam amplexus fleuit. Dixitq; pater ad ioseph. Iam letus moriar. q; uidi faciem tuam. et superstitem te relinquo.

Et ille locutus est ad fratres. et ad omnem domum patris sui. Ascendam et nuntiabo pharaoni. dicamq; ei. Fratres mei. et omnis domus patris mei qui erant in terra chanaan. uenerunt ad me. et sunt uiri pastores ouium. curamq; habent armentorum gregum. Pecora sua et armenta et omnia que habere potuerunt. adduxerunt secum. Cumq; uocauerit uos et dixerit quod est opus uestrum. respondebitis. Uiri pastores seruus tui. ab infantia nostra usq; in presentem et nos et patres nostri. Hec autem dicetis. ut habitare possitis in terra gessen. quia detestantur egyptii omnes pastores ouium. Ingressus q; ioseph. nuntiauit pharaoni dicens. Pater meus et fratres mei oues et armenta. et cuncta que possident. uenerunt de terra chanaan. et ecce constituunt in terra gessen. Extremos quoq; fratres suos quinq; uiros. statuit coram rege. Quos ille interrogauit. Quid habetis opus. Respondimus. Pastores ouium sumus seruus tui. et nos et patres nostri. Ad peregrinandum in terra tua uenimus. quia non est herba gregibus seruorum tuorum. ingrauescente fame in regione chanaan. petimusq; ut et tu uideas nos seruos tuos in terra gessen.

Dixit q; rex ad ioseph. Pater tuus et fratres tui uenerunt ad te. terra egypti in conspectu tuo est. in optimo loco fac habitare eos. et trade eis terram gessen. Quod si nosti in eis esse uiros industrios. constitue illos magistros pecorum meorum. Post hec introduxit ioseph patrem suum ad regem. et statuit eum ante ipsum. Qui benedixit illi. et interrogatus ab eo quot essent dies annorum uite tue. respondit. Dies peregrinationis mee. centum triginta annorum sunt. pauci et mali. nec peruenerunt usq; ad dies patrum meorum. quibus peregrinati sunt. Et benedicto rege. egressus est foras. Ioseph uero patri et fratribus suis dedit possessionem in egypto. in optimo terre loco rameslei. sicut precepit pharao. et alebat eos omnem q; domum patris sui. prebens cybaria singulis. In toto enim orbe pauis erat. et oppresserat fames ter

ram·maxime egyptu ⁊ chanaan· Equib; omem pecu
niam congregauit ⁊ pcuciuone frumenti ⁊ inuulit ea
q̃ cerarium regis· Cumq; defecisset emptor pcm·
uenit cuncta egyptus ad ioseph dicens· Da nobis panes·
Quare morꝝ coram te defuciente pecunia· Quib; ille re
spondit· Adducite pecora uꝛa· et dabo uobis p eis cibos·
si pecunia ñ habetis· Que cum adduxissent· dedit eis ali
menta p equis ⁊ oubus ⁊ bobus ⁊ asinis· sustentauitq; eos
illo anno p mutatione pecoꝝ· Venerunt q; anno sequo·
⁊ dixerunt ei· Non celamus dñm nr̃m· q̃d defuciente
pecunia ⁊ pecora simul defecerint· nec clam te est· q̃d absq;
coꝛpib; ⁊ terra nr̃a habeamus· Cur ḡ morꝝ te uide
te· Et nos ⁊ terra nr̃a tua erimus· Eme nos in seruitute
regia· et prebe semina· ne pereunte cultore· redigat terra
in solitudinem· Emit ḡ ioseph omem terram egypti· uen
dentib; singli possessionem suam· p magnitudine famis· ⁊
subiecitq; eam pharaoni ⁊ cunctos pplos eius· a nouissimis
finibus egypti· usq; ad extremos fines ei· preter terram sa
cerdotum· que a rege tradita fuerat eis· quib; ⁊ statuta cibo
ria ex horreis publicis prebebantur· ⁊ ideo ñ sunt coacti
uendere possessiones suas· Dixit ḡ ioseph ad pplos· Ecce
cernitis· ⁊ nos ⁊ terram uram pharao possidet· Accipite
semina ⁊ serite agros· ut fruges habere possitis· Quintam
partem regi dabitis· quatuoꝛ reliquas p mitto uobis in
sementem· ⁊ in cibos familiis uris ⁊ liberis· Qui respon
derunt· Salus nr̃a in manu tua est· reperiat nos tantum dñs
nr̃· ⁊ erimus seruientes regi· Ex eo tempe usq; in psentem
diem· in uniuersa tra egypti quinta pars regib; soluitur·
⁊ ferm est· si in legem absq; tra sacerdotali que libera ab
hac conditione fuit·

·bxxix·

Habitauit g israhel in egypto· id est in terra gesen· ⁊ posse
dit eam· auctusq; est ⁊ multiplicat numis· ⁊ uixit in
ea decem ⁊ septem annis· Factiq; sunt omes dies uite illius·
centum quadraginta septem annoꝝ· Cumq; appropinquare
cerneret mortis diem· uocauit filium suum ioseph· ⁊ dixit
ad eum· Si inueni gram in conspectu tuo· pone manum tu
am sup femur meum· ⁊ facies in me misericordiam ⁊ ueritatem· ut ne
sepelias me in egypto· sed dormiam cum patribus meis· ⁊ auferas
me de hac tra· condasq; in sepulchro maꝝ· Cui respondit
ioseph· Ego faciam q̃d iussisti· Et ille· Iura, inquit· mihi·
Quo iurante· adoratus israhel dñm iuxta lectuli caput·

·bxxx·

Dixit itaq; transacto· nunciatum est ioseph· q̃d ·bxxx·
egrotaret pater ei· Qui assumptis duobus filiis suis· ma
nasse ⁊ effraim· uenit ꝓperat· Victumq; est israhel· Ecce filius tuus
ioseph uenit ad te· Qui confortatus· sedit in lectulo· ⁊ ingresso
ad se ait· Vs omnipotens apparuit mihi in luza que est in tra cha
naan· benedixitq; mihi· ⁊ ait· Ego te augebo ⁊ multipli
cabo· ⁊ faciam in turbas pploꝝ· dabogq; tibi tram hanc et
semini tuo post te in possessionem sempiternam· Duo ḡ fi
lii tui qui nati sunt tibi in tra egypti· anteqũ huc uenire
ad te mei erunt· ephraim ⁊ manasses· sicut ruben ⁊ sy
meon reputabuntur mihi· reliqui autem quos genueris post
eos· tui erunt· ⁊ nomine fratrum suoꝝ uocabuntur in posses
sionibus suis· Obiit enim mihi rachel in tra chanaan· in ipo itinere· erat
quidem uernum tempus· ⁊ ingrediebar ephratam· ⁊ sepelui eam
iuxta uiam ephrate· que alio nomine appellatur bethleem·
Videns autem filios eius· ait ad eum· Qui sunt isti· Res
pondit· filii mei sunt· quos dedit mihi dñs in hoc loco· Ad
duc inquit eos ad me· ut benedicam illis· Oculi enim israhel
caligauerant p nimia senectute· ⁊ clare uidere ñ poterat·
Applicuitq; eos ad se deosculatus· ⁊ circumplexus· dixit ad filii
um· Non fraudatus aspectu tuo· insuper ostendit
mihi dñs semen tuum· Cumq; tulisset eos ioseph de gremio
patris· adorauit pronus in tra· ⁊ posuit ephraim ad dextе
ram suam· id est ad sinistram israhel· manasses uero in sini
stra sua· ad dextram scilicet patris· applicuitq; ambos ad e
um· Qui extendens manum dexteram· posuit sup caput
ephraim iunioris fratris· sinistram autem sup caput ma
nasse· qui maior natu erat· commutans manus· Benedixitq;
ioseph filio suo· ⁊ ait· Deus in cuius conspectu ambulauerunt
patres mei· abraham ⁊ ysaac· deus qui pascit me ab adolес
centia mea usq; in psentem diem· angelus qui eripuit
me de cunctis malis· benedicat pueris istis· ⁊ inuocetur sup
eos nomen meum· nomina q; patrum meoꝝ· abraham
⁊ ysaac· et crescant in multitudine super tram· Videns au
ioseph q̃d posuisset pater· super caput ephraim dexteram sup cap
ephraim grauem accepit· ⁊ apprehensam patris manum le
uare conatus est de capite ephraim· ⁊ transferre sup cap ma
nasse· Dixitq; ad patrem· Non ita conuenit pater· q; hic
est primogenitus· pone dexteram tuam sup caput eius·
Qui renuens ait· Scio fili mi scio· Et hic quidem erit in po
pulos ⁊ multiplicabitur· sed frater eius iunior maior illo erit·
et semen eius crescet in gentes· Benedixitq; eis in ipo
tempore dicens· In te benedicetur israhel atq; dicetur· Faciat t
dominus sicut ephraim· ⁊ sicut manasse· Constituitq; ephraim
ante manassen· ⁊ ait ad ioseph filium suum· Ecce ego mo
ior· ⁊ erit dominus uobiscum· reducetq; uos ad tram patrum
uoꝝ· do t partem unam extra fres tuos· quam tuli de
manu amoꝛei in gladio ⁊ arcu meo· Occauit autem
iacob filios suos· et ait illis·

·bxxxi·

Congregamini· ut annunciem uobis que uentura sunt
diebus nouissimis· Congregamini ⁊ audite filii ia
cob· audite israhel patrem uestrum· Ruben primogenitus meus
tu fortitudo mea· et principium doloris mei· prior in donis
maior imperio· effusus es sicut aqua· Non crescat· ascen
disti cubile patris tui· et maculasti stratum eius· Sy
meon ⁊ leui fratres· uasa iniquitatis bellantia· in cõsilio
eoꝝ ñ ueniat anima mea· ⁊ in cetu illoꝝ ñ sit gla mea·
q; in furore suo occiderunt uirum· ⁊ in uoluntate sua lace
diuerunt murum· Maledictus furoꝛ eoꝝ q; pertinax· ⁊ in
dignatio eoꝝ quia dura· Diuidam eos in iacob· ⁊ dispe
gam eos in israhel· Juda te laudabunt fres tui· Manus
tua in cernicibus inimicoꝝ tuoꝝ· ⁊ adorabunt te filii pa
tris tui· Catulus leonis iuda· ad preclam fili mi ascen
disti· requiescens accubuisti ut leo· ⁊ quasi leena· Quis
suscitabit eum· Non auferetur sceptrum de iuda· ⁊ dux
de femore eius· donec ueniat qui mittendus est· et ipse
erit expectatio gentium· Ligans ad uineam pullum suum·
⁊ ad uitem o fili mi asinam tuam· Lauabit in uino sto
lam suam· ⁊ in sanguine uue pallium suum· Pulchri
ores oculi eius uino· ⁊ dentes eius lacte candidiores· Za
bulon in littore maris habitabit· ⁊ in statione nauium
pertingens usq; ad sydonem· Isachar asinus fortis· ha
bitans inter terminos· uidit requiem q̃d esset bona· ⁊ terra
q̃d optima· ⁊ supposuit humerum suum ad portandum·
factus q; est tributis seruiens· Dan iudicabit pplm
suum· sicut ⁊ alie tribus in israhel· Fiat dan coluber in via·
cerastes in semita· mordens ungulas equi· ut cadat ас
censor eius retro· Salutare tuum expectabo dñe· Gad
accinctus precedet ante eum· ⁊ ipe accinget retro
eum· Aser pinguis panis eius· ⁊ prebebit delicias regi
bus· Neptalim cerua emissa· ⁊ dans eloquia pulchri
tudinis· Filius accrescens ioseph· filius accrescens· et
decorus aspectu· filie discurrerunt super murum· sed ex
asperauerunt eum· ⁊ impugnauerunt· habuitq; contra eum ha
bentes iacula· Sedit in forti arcus eius· ⁊ dissoluta
sunt uincula brachioꝝ eius· ⁊ manuum illius per manus po
tentis iacob· inde pastor egressus est lapis israhel· De
patris tui erit adiutoꝛ tuus· ⁊ omipotens benedicet tibi·

Gen. xlvi.

Gen. xlvii.

benedictionib; celi desup. benedictionib; abyssi iacentis deorsum. benedictionib; uberum & uuluę. Benedictiões patris tui confortate sunt benedictionib; patrũ eius. donec ueniret desiderium collium eternor. fiant in capite ioseph & in uertice nazarei. inter fres suos. Beniamin lupus rapax. mane comedet predam. & uespere diuidet spolia. Et omnes hii in tribub; isrl duodecim. Hec locutus est eis pater suus. benedixitq; singlis benedictionib; ppis. & precepit eis dicens. Ego congregor ad ppm meum. sepelite me cum patrib; meis. in spelunca duplici que est in agro ephron ethei contra mambre. in tra chanaan. quã emit abraham cum agro ab ephron ethęo in possessionem sepulchri. Ibi sepelierunt eum & sarã uxorem eius. ibi sepultus ẽ ysaac cum rebecca uxore sua. ibi & lya condita iacet. finitis q; mandatis quib; filios instruebat. collegit pedes suos sup lectulum & obiit. appositusq; est

Cad ppm suum. Qd cernens ioseph ruit sup faciem patris. flensq; & deosculans eum. Precepitq; seruis suis medicis. ut aromatib; condirent patrem. Quib; iussa explentib; & transierunt quadraginta dies. Iste quippe mos erat cadaueru conditor. fleruntq; eum egyptii. septuaginta dies. Expleto planctus tempe. locutus ẽ ioseph ad familiam pharaonis. Si inuenio grã in conspectu uro loquimini in auribus phonis. eo qd pater meus adiurauerit me dicens. In monumẽto in sepulchro meo qd fodi michi in tra chanaan. sepelies me. Ascendam q & sepeliam patrem meum. ac reuertar. Dixitq; ei pharao. Ascende & sepeli patrem tuum. sicut adiuratus es. Quo ascendente & ierunt cum eo omnes seniores domus phonis. cunctiq; maiores natu tre egyptii. domus ioseph cũ fribus suis absq; paruulis suis & gregib; atq; armentis que dereliquerunt in tra gesen. Habuit q; in comitatu currus & equites. & fuit turba ni mollita. Veniunt q; ad aream achad que sita est trans iordanem. ubi celebrantes exequias. planctu magno atq; uehementi. impleuerunt septem dies. Quod cum uidissent habitatores tre chanaan. dixerunt. Planctus magnus est iste egyptijs. Et ideo uocauerunt nomẽ loci illius planctus egyptii. fecerunt q; filii iacob. sicut precepat eis iacob pater suus. & portauerunt eum in tra chanaan. sepelierunt eum in spelunca duplici. quam emerat abraham cum agro in possessionem sepulchri. ab ephron hetheo contra faciem mambre. Reuertitq; est ioseph in egyptum. cum fratrib; suis & omni comitatu. sepulto patre. Quo mortuo timentes fres eius & mutuo loquuntur. ne forte memor sit iniurie q̃m passus est. & reddat nob malum omne qd fecimus. mandauerunt ei. Pater tuus precep nob anteq̃m moreretur. ut hec & uerba illius diceremus. Obsecro ut obliuiscaris sceleris fratrum tuor. & peccati atq; malitie quam exercuerunt in te. Vos q; oramus ut seruo dei patris tui dimittas iniquitatem hanc. Quib; auditis. fleuit ioseph. Venerunt q; ad eum fres eius. & pni in tram adorauerunt & dixerunt. Serui tui sumus. Quib; ille respondit. Nolite timere. Num deo possumus resistere uolunta ti. Uos cogitastis de me malum. sed deus uertit illud in bonũ. ut exaltaret me sicut in presenti natũ cernitis. et saluos facere multos pplos. Nolite timere. ego pascam uos & paruulos uros. Consolatusq; est eos. & blande ac lenit locutus. & habitauit in egypto cum omni domo patris sui. uixitq; centum & decem annis. & uidit ephraim filios tertie q; ad terciam generationem. filii quoq; machir filii manasse. nati sunt in genibus ioseph.

Quib; transactis. locutus est fratrib; suis. Post mortem meam. ds uisitabit uos. & ascendere faciet de tra ista. ad tram quam iurauit abraham ysaac & iacob. Cumq; adiurasset eos atq; dixisset. ds uisitabit uos. asportate uos

brisci mea de loco isto. & mortuus est expletis centum decem annis. & conditus aromatib;. repositus est in loculo in egypto. explicit geñ. Incipit ea pla exodi.

Nomina filior isrl qui ingressi sunt in egyptũ. & de infantibus hebreor quos precesserat pharao in fluminẽ proiici.

De puero que mutauit filia pharaonis. & nouit eũ moysen.

De egyptio que occidit moysen & fugit madiam.

Mortuo pharaone exaudiuit dñs filios isrl.

Vbi apparuit angelus domini moysi in rubo.

De signo qd dedit dñs moysi in uirga.

De signo secundo et tercio.

Vbi moyses uenit ad socium suum. & dixit ei. uado ad fres meos.

Mortuo pharaone dixit dñs ad moysen. uade in egyptum. et circumcidit sepphora filium suum.

Uirit dñs ad aaron. uade obuiam moysi.

Iubet pharao ut dimittat isrl de tra sua.

Iubet dñs moysi loqui ad ppm de primogenitis isrl.

De uirga aaron que uersa est in draconem.

De uirga moysi que uersa est in draconem.

De plagis egyptior. & primum aqua uertit in cruorem. secundo creantur rane. tercio cinifes. quarto cynomia. Quinto pecora occidunt. sexto pruriunt hoies graui ulcere. vii. pluit grandinem. viii. locusta in festat. ix. tenebre terram implent. x. primogenita occiduntur.

De sacramento pasche. & item de primogenitis occisis.

Quod isrl habitauit in egypto. cccc. xxx. annis.

De lege pasche.

Quare primogenita sanctificentur.

Quom israhel eiectus est.

Quom pharao & egyptii submergunt.

Canticum marie & isrl.

Quo murmurat. p aqua & carnibus.

Pluit coturnices & manna q̃ usq; sunt annis. xl.

Item murmurat. & aqua de petra educit.

Insurgit amalech. & cedit ab israhele.

Iethro uxorem moysi adducit & filios.

Instituunt iudices ad consilium iethro.

Testatur dñs se a pplo audiendũ.

Ascendit dñs in montem synai.

Moyses in montẽ solus uidetur ascendere.

Qualit decalogus datus est.

De timore ppli uocem dei ñ ferentis.

Idolatria prohibet. & altare exigit.

De hebreo empto.

De filia distracta.

De percussore & mortuo.

De eo qui dolo occidit.

De percussione patris aut matris.

De uenditione rei furtiue.

De eo qui patri maledicit aut matri.

Si rixantes se lapide & pugno percusserint.

Si seruus percussus & ancilla moriat.

Si pregnans percussa fecit abortum si mortua fuerit. aiã pro anima. oculo p oculo. dens p dente.

De seruo leso & ancilla.

De tauro cornupeta.

Si quis foderit foueam.

Si tauri cornu petierit.

De furtis.

De fure occiso.

De alieno agro depasto

De area incensa & messe.

De depositis & fraude remissa.

De animalib; depositis & mortuis. & si petatur animal et mortuum sit.

De uirgine nondū desponsata. ⁊ de maleficis occidendis. et de his qui cum pecudibus coeunt. ·lvi·
Non esse immolandum dīs ·lvii·
Aduene et inquilinos non affligendum. ·lviii·
De fenore et pignore. ·lviiii·
Non blasphemandum ⁊ de primitiis ⁊ decimis offerendis. ·lx·
De primogenitis dō dandis ⁊ his q̄ pgustant̄ a bestia abstinend̄.
De facilitate credendi ⁊ testib⁹ iniquis. ·lxi· ·lxii·
Quod multitudo in malo sequenda nō est nec ei consentiendum in iudicium. ·lxiii·
Quod psona nō est in iudicio accipienda. ⁊ qđ subueniend̄ est iumento inimici si erret aut labat̄ ⁊ iudicium pemptis nō subuertendū. si; recedendū ab iniquo uerbo. ·lxiiii·
Innocentem ⁊ iustum nō occidendum. munera nō accipienda de pegrinis. ⁊ remissionis anno. ·lxv·
De sabbato ⁊ diuinis obseruandis. ·lxvi·
Ter in anno sollempnitates agendas. ⁊ de festiuitate azimor̄. et ne quis uacuus appareat ante dīm. ·lxvii·
Vt ter in anno quisq; appareat dīo. et de primitiis offerendis. ⁊ nō coquendum hedum in lacte matris. ·lxviii·
Qđ angls precedet obedientes. ⁊ bñedicat. ·lxix·
De cōsortio gentium non adiuuandos. ·lxx·
Qđ p uestigia expugnabunt̄ gentes eas nisi fauente dō. ·lxxi·
Vt moyses ascendat in montem cum seniorib⁹ ·lxxii·
Vt ex duodecim lapidib⁹ altare edificet. ·lxxiii·
Ascendens moyses cū maioribus tabulas nō debet accipere ·lxxiiii·
Que uolent̄ offerri ad fabricam utensiliū tabernaculi. ·lxxv·
De oblatione olei ad lucernas. ·lxxvi·
De sacerdotio aaron ⁊ ueste sacerdotali. ·lxxvii·
De ordinatione ⁊ hostiis sacerdotū ⁊ modo offerendi. ·lxxviii·
De ungi sacrificio qđ bis oīb⁹ die fiebat. ⁊ ut sacerdotes manus ⁊ pedes lauent ad altare accessuri. ·lxxix·
De unguento consecrationis. ·lxxx·
Erant autem ahab. lxx. filii in samaria. Scripsit ergo hieu litteras ⁊ misit in samariam ad optimates ciuitatis ⁊ ad maiores natu ⁊ ad nutritios ahab dicens. Sicut accepistis litteras has. qui habetis filios dñi uestri. ⁊ currus ⁊ equos ⁊ ciuitates firmas ⁊ arma. eligite meliorem ⁊ rectum qui uobis placuerit de filiis dñi uestri ⁊ ponite eum super solium patris sui ⁊ pugnate pro domo dñi uestri. Timuerunt illi uehementer. atq; dixerunt. Ecce duo reges non potuerunt stare coram eo. ⁊ quomodo nos ualebimus resistere. Miserunt ergo q̄ preerat domui ⁊ pfectus ciuitatis. maiores natu ⁊ nutritii ad hieu dicentes. Serui tui sumus. que cunq; iusseris faciemus. nec constituemus regem. omne quod tibi placuerit fac. Rescripsit autem eis litteras secūdo dicens. Si mei estis ⁊ obedistis mihi. tollite capita filioꝝ dñi uestri. ⁊ uenite ad me hac eadem hora cras in iezrahel. Porro filii regis. lxx. uiri apud optimates ciuitatis nutriebantur. Cumq; uenissent littere ad eos. tulerunt filios regis ⁊ occiderunt. lxx. uiros. ⁊ posuerunt capita eorū in cophinis. ⁊ miserunt ad eum in iezrahel. Venit autē nuntius ⁊ indicauit ei dicens. Attulerunt capita filioꝝ regis. Qui respondit. Ponite ea ad duos aceruos usq; in mane. Cumq; diluxisset. egressus ē ⁊ stans dixit ad omem plebem. Justi estis. Si ego coniurauj contra dñm meum ⁊ interfeci eum. quis percussit omes hos. Videte ergo nunc. q̄m nō cecidit de sermonibꝫ dñi in terram quos locutus ē dñs super domum ahab ⁊ dñs fecit q̄ locutus ē in manu serui sui helye. Percussit ergo hieu omes qui reliqui erant de domo ahab in iezrahel. ⁊ uniuersos optimates eius. ⁊ notos ⁊ sacerdotes. donec nō remaneret ex eo reliquie. Et surrexit ⁊ uenit ⁊ abiit in samariā. Cumq; uenisset ad cameram pastoꝝ in uia. inuenit fratres ahazie regis iude. dixitq; ad eos. Qui nam estis uos. At illi responderunt. Fratres ahazie sumus ⁊ descendimus ad salutandos filios regis ⁊ filios regine. Qui ait. Comprehendite eos uiuos. Quos cū comprehendissent. uiuos iugulauerunt eos in cysterna iuxta cameram. xl. duos uiros. ⁊ nō reliquit ex eis quemq̄m. Cumq; abiisset inde. inuenit ionadab in occursum sibi filiū rechab ⁊ benedixit ei ⁊ dixit ad eum. Numquid est cor tuum rectum. sicut cor meum cum corde tuo. Et ait ionadab. Est. Si est inquit. da manum tuam. Qui dedit manū suam. At ille leuauit eum ad se in curru. dixitq; ad eum. Veni mecum. ⁊ uide zelum meum pro dño. Et imposuerunt eum in curru suo duxit in samariam. ⁊ percussit omes qui reliqui fuerant de ahab in samaria usq; ad unum. iuxta uerbum dñi quod locutus ē per heliam. Congregauit ergo hieu omem plebem. ⁊ dixit ad eum. Ahab coluit baal parum. ego autem colam eum ampli. Nunc ergo omes prophetas baal. ⁊ uniuersos seruos eius ⁊ cunctos sacerdotes ei uocate ad me. Nullus sit qui desit. sacrificium enim grande est michi baal. Quicunq; defuerit. non uiuet. Porro hieu faciebat hoc insidiose. ut disperderet cultores baal. Dixitq; Sanctificate diem sollempnem baal. Vocauitq; ⁊ misit in uniuersos terminos israel. ⁊ uenerunt omes serui baal. ita ut residuus nec unus quidē qui nō uenerit. Et ingressi sunt templum baal. ⁊ repleta est domus baal a

summo usq; ad summū. Vtrtq; hīs qui erant circ ue-
rel. Proferte uestīmēta uniūsīs seruis baal. Et induler-
eis uestes. Ingressiusq; ē hieu ⁊ ionadab filius rechab
templum baal ⁊ ait cultoribus baal. Quærite ⁊ uidete
ne quis forte uobiscū sit de seruis dñi ⁊ sed ut sint soli ser-
ui baal. Ingressi sunt ⁊ ut facerent uictimas ⁊ holocaustа.
Hieu autē præparauerat sibi foris. lxxx. uiros ⁊ dixerat eis.
Quicunq; fugerit de hominibus istis quos ego adducō in ma-
nus uras ⁊ anima eius erit p anima illius. Factum ē autem
cum cōpletum esset holocaustum ⁊ præcepit hieu militibus su-
is ⁊ ducibus. Ingredimini ⁊ percutite eos ⁊ nullus exeat. Et
cōciderunt eos in ore gladii ⁊ proiecerunt milites ⁊ duces ⁊
ierunt in ciuitatem templi baal ⁊ extulerunt statuam
de fano baal ⁊ combusserunt ⁊ cōminuerunt eam ⁊ destru-
xerunt quoq; ædem baal ⁊ fecerunt ea latrinas usq; in diem
hanc. Deleuit itaq; hieu baal de israhel. uerumtamē a peccis
hieroboam filii nabath qui peccare fecit israhel si recessit ⁊
dereliquit uitulos aureos qui erant in bethel ⁊ in dan.
Dixit autē dñs ad hieu. Quia studiose fecisti qđ rectum
erat ⁊ placebat in oculis meis ⁊ omnia que erant in corde
meo contra domum ahab ⁊ filii tui usq; ad quartā gene-
rationem sedebunt sup thronum israhel. Porro hieu nō custodi-
uit ut ambularet in lege dñi dei sui in toto corde suo ⁊ nō
enim recessit a peccatis hieroboam qui peccare fecit israhel.
In diebus illis cepit dñs tedere super israhel. percussitq; eos aza-
hel in uniuersis finibus israhel a iordane contra orientalem pla-
gam ⁊ omnem terram galaad ⁊ gad ⁊ ruben ⁊ manasse ab aro-
er que ē super torrentem arnon ⁊ galaad ⁊ basan. Reliqua
autē uerborum hieu ⁊ uniuersa que fecit ⁊ fortitudo eius ⁊ hæc
scripta sunt in libro uerborum dierum regum israhel. Et dor-
miuit hieu cū patribus suis ⁊ sepelierunt eum in samaria
ria ⁊ regnauit ioachaz filius eius p eo. Dies autem quos reg-
nauit hieu super israhel uiginti ⁊ octo annis sunt in samaria.
Athalia ū mater ahazie uidens mortuum filium suum
surrexit ⁊ interfecit omne semen regium. Tollens autem
iosaba filia regis ioram sororem ahazie. ioas filium ahazie fu-
rata ē eum de medio filiorum regis qui interficiebantur ⁊ nutri-
cem eius de triclinio ⁊ abscondit eum a facie athalie ut non
interficeret. Eratq; cum ea in domo dñi clam sex annis.
Porro athalia regnauit super terram. Anno autē septimo
misit ioiada ⁊ assumens centuriones ⁊ milites introdu-
xit eos ad se in templum dñi ⁊ pepigitq; cum eis fœdus ⁊
adurans eos in domo dñi ostendit eis filium regis ⁊ præ-
cepit illis dicens. Iste ē sermo quem facere debetis. Tertia
pars uestrum introeat sabbatho ⁊ obseruet excubitum dom⁹
regis ⁊ tertia autē pars sit ad portam seir ⁊ tertia pars ad por-
tam que ē post habitaculum scutariorum ⁊ custodient excu-
bitum domus messa. Duæ ū partes e uobis omnes egredien-
tes sabbatho custodiant excubias domus dñi circum regem ⁊
nullabi⁹ eum habentes arma in manibus uris. Si quis
autem ingressus fuerit septum templi interficiat. eritis
q; cum rege intrantem ⁊ egredientem. Et fecerunt centu-
riones iuxta omnia que præcepit eis ioiada sacerdos ⁊ assumē-
tes singuli uiros suos qui ingrediebantur sabbatho cum his q
egrediebantur e sabbatho. uenerunt ad ioiadam sacerdotē. qui
dedit eis ⁊ hastas ⁊ arma regis dauid que erant in domo
dñi ⁊ steterunt singuli habentes arma in manu sua a
parte templi dextera usq; ad partem sinistrā altaris ⁊
edis circum regem. Producentesq; filium regis ⁊ posuerunt su-
per eum diadema ⁊ testimonium ⁊ fecerunt eum regem
⁊ unxerunt ⁊ plaudentes manu dixerunt. Viuat rex. Au-
diuit autē athalia uocem currentium populi ⁊ ingressa ad tur-
bas in templum dñi. uidit regem stantem super tribunal
iuxta morem ⁊ cantores ⁊ tubas circa eum. omnemq; po-
pulum terre lætantem ⁊ canentem tubis ⁊ scidit uestimē-
ta sua. clamauitq; Coniuratio. coniuratio. Præcepit
autem ioiada centurionibus qui erant super exercitū ⁊
ait ad eos. Educite eam extra consepta templi ⁊ quicq;
secutus eam fuerit feriatis gladio. Dixerat enim sacerdos.
Non occidatis eā in templo dñi. Impositumq; est manus ei ⁊
compegerunt eam per uiam introitus equorum. iuxta pala-
tium ⁊ interfecta ē ibi. Pepigit ergo ioiada fœdus inter dñm ⁊ in-
ter regem ⁊ inter ppm. ut esset ppls dñi ⁊ inter regem ⁊ ppm.
Ingressusq; est omnis ppls terre templum baal ⁊ destruxerunt
aras eius ⁊ imagines contriuerunt ualide. mathan quoq; sacer-
dotem baal occiderunt coram altaribus ⁊ posuit sacerdos custo-
dias in domo dñi. tulitq; centuriones ⁊ cerethi ⁊ phelethi
legiones ⁊ omnem ppm terre. deduxeruntq; regem de do-
mo dñi ⁊ uenerunt per uiam portæ scutariorum in palatium.
⁊ sedit super thronum regum. lætatusq; est omnis ppls terre.
⁊ ciuitas conquieuit. Athalia autē occisa ē gladio in do-
mo regis. Septē annorum erat ioas cū regnare cepisset.
Anno septimo hieu regnauit ioas. xl. annis ·vii· ·C.xli·
regnauit in hierusalē. nomen matris eius sobia de bersa-
bee. feceruntq; ioas rectum coram dño. cunctis diebus quib⁹
docuit eum ioiada sacerdos. Verumtamen excelsa nō abstulit.
adhuc ppls immolabat ⁊ adolebat in excelsis incensum.
Dixitq; ioas ad sacerdotes. Omnem pecuniam que illata
fuerit in domū dñi a pertranseuntibus. que offertur p ppm
animæ ⁊ quam sponte ⁊ arbitrio cordis sui inferunt in
templum dñi. accipiant illam sacerdotes iuxta ordi-
nem suum ⁊ instaurent sartatecta domus. si quid ne-
cessarium uiderint in instauratione. Igitur usq; ad
uicesimum tertium annum regis ioas. nō instauraue-
rant sacerdotes sartatecta templi. Vocauitq; rex ioas ioiadam
pontificem ⁊ sacerdotes. dixitq; eis. Quare sartatecta nō
instauratis templi. Nolite ergo amplius accipere pecuniā
iuxta ordinem uestrum. sed ad instaurationē templi reddite
eam. Prohibuitq; sunt sacerdotes ultra accipere pecuniam
a ppło. ⁊ instaurare sartatecta domus. Et tulit ioiada pon-
tifex gazophylacium unum. aperuitq; foramen desuper ⁊ posuit
illud iuxta altare ad dexteram ingredientibus domum dñi.
mittebantq; in eo sacerdotes qui custodiebant ostia. om-
nem pecuniam que deferebatur ad templum dñi. Cūq;
uiderent multam pecuniam esse in gazophylacio. ascen-
debat scriba regis ⁊ pontifex. effundebantq; ⁊ numera-
bant pecuniam que inuenieba⁹ in domo dñi ⁊ dabant
eam iuxta numerū atq; mensurā in manu eorum qui p
erant ceratarii domus dñi. qui impendebant eam in fa-
bris lignorum ⁊ in cementariis. his qui operabantur in domo
dñi ⁊ sartatecta fabricabant. ⁊ in his qui cedebant saxa. ⁊
ut emerent ligna ⁊ lapides qui excidebant. ita ut impler-
et instauratio domus dñi in uniuersis que indigebant
expensa ad muniendam domū. Verumtamen nō fiebant ex
eadem pecunia hydrie templi dñi ⁊ fuscinule ⁊ thuri-
bula ⁊ tube. omne uas aureum ⁊ argenteum. de pecunia q
inferebatur in templum dñi. Illi enim qui faciebant
op⁹ dabant ut instaurarent templū dñi. ⁊ si fiebat tanto
his hominibus qui accipiebant pecuniā ut distribuerent
eam artificibus. sed in fide tractabant eam. Pecuniam
ꝙ pro delicto ⁊ pecuniam pro peccatis nō inferebant in tem-
plum dñi. ea sacerdotum erat. Tunc ascendit aza-
hel rex syrie ⁊ pugnabat contra geth. cepitq; eam ⁊ di-
rexit faciem suam ut ascenderet in hierusalē. Quamobrē
tulit ioas rex iuda omnia sanctificata. que consecrauerant
iosaphat ⁊ ioram ⁊ ahazia patres eius reges iuda ⁊ que ip-
se obtulerat ⁊ uniuersum argentum qđ inueniri po-
tuit in thesauris templi dñi ⁊ in palatio regis. misitq;
ea azaheli regi syrie ⁊ recessit ab hierusalē. Reliqua aut
sermonum ioas ⁊ uniuersa que fecit. nōne hæc scripta sunt

in libro ūborū dierum regum iuda. Surrexerūt autē
serui ei & conspirauerūt inī se. & percusserūnt ioas in do
mo mello. in descensu sela. Jozachar namq; filī semath.
& iozabath filī somer serui ei percusserunt eum & mor
tuus ē. & sepelierunt eum cū patrib; suis in ciuitate
dauid. & regnauit amasias filius eius p eo. Anno
·C·xiij· ·xviij·
Anno uicesimo tercio ioas filī ahazie regis iude. regna
uit ioachaz filius iheu sup israel in samaria. xvij. an
nis. & fecit malum coram dño. secutusq; ē peccata ihero
boam filī nabath qui peccare fecit israel. nō declinauit
ab eis. Iratusq; ē furor dñi contra israel. & tradidit eos in ma
nu azahelis regis syrie. & in manu benadab filii azahel
cunctis diebus. Deprecatus ē autē ioachaz faciem dñi. &
exaudiuit eum dñs. Vidit enim angustiam israel. qm at
triuerat eos rex syrie. Et dedit dñs israeli saluatorem. &
liberatus ē de manu regis syrie. Habitauerūntq; filii is
rael in tabernaculis suis. sicut heri & nudiustertius. Verumtn
nō recesserunt a peccatis domus iheroboam. qui peccare fecit
israel. in ipsis ambulauerunt. Siquidem & lucus permansit
in samaria. & nō sunt derelicti ioachaz de populo. nisi. l. equites
& x. curres. & x. milia peditum. Interfecerat enim eos rex
syrie. & redegerat eos puluerem in tritura aree. Reliqua aut
sermonū ioachaz. & uniuersa que fecit. & fortitudo ei. nōne
hec scripta sunt in libro sermonū dierum regum israel.
Dormiuitq; ioachaz cū patribus suis. & sepelierunt eum
in samaria. regnauitq; ioas filius ei p eo. Anno tricesimo
octauo. ioas regis iuda. regnauit ioas filius ioachaz super is
rahel in samaria. xvi. annis. & fecit qd malum ē in
conspectu dñi. Non declinauit ab omnibus peccatis ihero
boam filī nabath qui peccare fecit israel. in ipsis ambu
lauit. Reliqua aut sermonū ioas. & uniuersa que fecit.
& fortitudo ei. qm pugnauit contra amasiam regē
iude. nōne hec scripta sunt in libro sermonū dierū re
gum israel. Et dormiuit ioas cū patribus suis. iheroboa
am autem sedit super solium ei. Porro ioas sepultus ē
in samaria. cum regibus israel. Helyseus autem egrota
bat infirmitate qua & mortuus ē. descenditq; ad e
um ioas rex israel. & fleuit coram eo dicebatq. Pater
mi. pr mi. currus israel & auriga eius. Et ait illi hely
seus. affer arcum & sagittas. Cumq; attulisset ad eū
arcum & sagittas. dixit ad regem israel. Pone manum
tuam super arcū. Et cum posuisset ille manū suā. super
posuit helyseus manus suas manibus regis. & ait. Aperi
fenestram orientalem. Cumq; aperuisset. dixit helyseus.
Jacc sagittam. Et iecit. Et ait helyseus. Sagitta salu
tis dñi. & sagitta saluatis contra syriam. percuties syriam
in afec. donec consumas eam. Et ait. Tolle sagittas.
Qui cū tulisset. rursum dixit ei. Percute terram.
Et cum percussisset tribus uicibus & stetisset. iratus ē contra
eum uir dei. & ait. Si percussisses quinquies aut sexies.
siue septies. percussisses syriam usq; ad consumationē.
nunc aut tribus uicibus percuties eam. Mortuus ē q; helyseus. & sepelierunt eum. Latrunculi q; de moab. ue
nerunt in terram istius in ipso anno. Quidam aut se
pelientes hominē uidere latrunculos. & proiecerunt
cadauer in sepulchro helysei. Qd dum tetigisset os
sa helysei. reuixit homo. & stetit super pedes suos. Igit
azahel rex syrie. afflixit israel cunctis diebus ioachaz.
Et misertus ē dñs eorū. & respexit eos propter pactum
suum qd habebat cū abraham ysaac & iacob. & no
luit disperdere eos. neq; proicere penitus usq; in presens tps.
Mortuus ē aut azahel rex syrie. & regnauit benadab
filius ei p eo. Porro ioas filius ioachaz. tulit urbes de
manu benadab filii azahel. quas tulerat de manu
ioachaz patris sui iure pli. Tribus uicibus percussit eū
ioas. & reddidit ciuitates israel.

·ix·

Anno secūdo ioas filii ioachaz regis israel. regnauit ama
sias filius ioas regis iuda. Viginti quinq; annos
erat cū regnare cepisset. & uiginti aut & nouem annis
regnauit in hierlim. nomen matris eius ioadem de hierlim.
& fecit rectum coram dño. uerumtn nō ut dauid pater
eius. Juxta omnia que fecit ioas pater suus fecit. nisi hoc tm
qd excelsa nō abstulit. Adhuc enim ps̄s immolabat &
adolebat incensum in excelsis. Cumq; obtinuisset regi
num. percussit seruos suos qui interfecerāt regem patrē
suum. filios aut eorū qui occiderant nō occidit. iuxta
qd scriptum ē in libro legis moysi. sicut precepit dñs dicēs.
Non morientur patres p filiis. neq; filii morientur p patribus.
sed unusquisq; in peccato suo morietur. Ipse percussit edom
in ualle salinarum. x. milia. & apprehendit petram
in prelio. uocauitq; nomen eius iecthel usq; in presentem
diem. Tunc misit amasias nuntios ad ioas filium io
achaz filii iheu regis israel dicens. Veni & uideamus nos.
Remisitq; ioas rex israel ad amasiam regem iuda dicens.
Carduus libani misit ad cedrum que ē in libano dicēs.
Da filiam tuam filio meo uxorem. Transieruntq; be
stie saltus que sunt in libano. & conculcauerunt car
duum. Percussisti inquit super edom. & subleuauit te
cor tuum. Contentus esto gla & sede in domo tua. Quare
prouocas malum ut cadas tu & iuda tecum. Et nō adque
uit amasias. Ascenditq; ioas rex israel. & uiderunt se ipse &
amasias rex iuda in bethsames oppido iude. Percussusq;
est iuda coram israel. & fugerunt unusquisq; in tabernacla
sua. Amasiam uō regem iuda filium ioas filii ahazie cepit
ioas rex israel in bethsames. & adduxit eum in hierlim. &
interruptit murum hierlim a porta ephraim usq; ad por
tam anguli quadringentis cubitis. tulitq; omne aurum
& argentum. & uniuersa uasa que inuenta sunt in domo
dñi & in thesauris regis & obsides. & reuersus ē in samariā.
Reliqua aut uerborū ioas que fecit & fortitudo eius qua pug
nauit contra amasiam regem iuda. nōne hec scripta sunt
in libro sermonum dierum regum israel. Dormiuitq; io
as cū patribus suis. & sepultus ē in samaria cum regibus israel.
& regnauit heroboam filius eius p eo. Vixit aut amasias
filius ioas rex iuda. postqm mortuus ē ioas filius ioachaz
regis israel. xv. annis. Reliqua aut sermonū amasie. &
nōne hec scripta sunt in libro sermonū dierū regum iu
da. Factaq; est contra eum coniuratio in hierlim. at ille fugit
in lachis. Misseruntq; p eum in lachis. & interfecerunt
eum ibi. & asportauerunt eum in equis. sepultusq; est in hie
rlim cum patribus suis in ciuitate dauid. Tulit aut uni
uersus ps̄s iude azariam. annos natum. xvi. & constituerunt
eum regem p patre suo amasia. Ipse edificauit ahi
lam & restituit eam iude. postqm dormiuit rex cū patribus
suis. in anno quintodecimo amasie filii ioas regis iuda. regnauit
heroboam filius ioas regis israel in samaria. xl. &
uno anno. & fecit qd malum ē coram dño. nō recessit ab o
mnibus peccatis iheroboam filii nabath. qui peccare fecit israel.
Ipse restituit terminos israel ab introitu emath usq; ad ma
re solitudinis. iuxta sermonem dñi dei israel. quem locutus
est per seruum suum ionam filium amathi prophetam. qui e
rat de geth que ē in ophet. Vidit enim dñs afflictionē
israel amaram nimis. & qd consumpti essent usq; ad clausos
carcere & extremos. & nō esset qui auxiliaret israeli. nisi dñs
dixisset ut deleret nomen israel sub celo. & saluauit eos per ma
nu iheroboam filii ioas. Reliqua aut sermonum ihe
roboam & uniuersa que fecit. & fortitudo eius qua pugnauit
contra & quomodo reuersus ē ad damascum iude & israel. nōne
hec scripta sunt in libro sermonū dierū regum israel.
Dormiuitq; iheroboam cum patribus suis regibus israel. &

·C·xiij·
xiij

¶ regnauit zacharias filius eius p eo. Anno uicesimo
vii. iheroboam regis isrl. regnauit azarias filius ama
sie regis iude. Sexdecim annoꝝ erat cum regnare cepis
set. & l. duobꝫ annis regnauit in hierlim. nomen matris
ei iecelia de hierlim. fecit qꝫ qđ erat placitum coram dño.
uxta omnia que fecit amasias pat eius. uerumtñ excel
sa non destruxit. adhuc enim ppls sacrificabat. & adolebat
incensum in excelsis. Percussit autem dñs regem & fuit
leprosus usqꝫ in diem mortis sue. & habitabat in domo li
bera seorsum. Joatham aũ filius regis gubernabat palatium.
& iudicabat ppłm tre. Reliqua autẽ sermonũ azarie & u
niuersa que fecit. sunt hec scripta sunt in libro uerboꝝ dierũ re
gum iuda. Et dormiuit azarias cũ patribꝫ suis. sepelierũtq;
eum cũ maioribꝫ suis in ciuitate dauid & regnauit io
atham filius eius p eo. Anno tricesimo octauo azarie regis
iuda. regnauit zacharias filius iheroboam sup isrl in
samaria. vi. mẽsibꝫ & fecit qđ malum ẽ coram dño. sicut fe
cerant patres ei. nõ recessit a peccatis iheroboam filii nabath.
qui peccare fecit isrl. Coniurauit autẽ contra eum sellum
filius iabes. percussitq; eum palam & interfecit. regnauitq;
p eo. Reliqua autẽ sermonũ zacharie. sunt hec scripta sunt
in libro sermonũ dierum regum isrl. Ipse ẽ sermo dñi.
quem locutus ẽ ad heu dicens. filii tui usqꝫ ad quartam
generationẽ sedebunt de te sup thronũ isrl. factumqꝫ ẽ ita.
Sellum filius iabes regnauit tricesimo nono anno azarie
regis iude. & regnauit autẽ uno mense in samaria. x.
Et ascendit manahem filius gaddi de thersa. uenitq; sa
mariam. & percussit sellum filiũ iabes in samaria & in
terfecit eum. regnauitq; p eo. Reliqua aũt ꝫboꝝ sellum &
coniuratio eius p qñ tetendit insidias. sunt hec scripta sunt
in libro sermonũ dierũ regum isrl. Tunc percussit ma
nahem thapsam & omnes qui erant in ea & finitimos eius de ther
sa. Nolueratq; eam aperire ei. & inflexit omnes p gnatum eius
sedit eas. Anno tricesimo nono azarie regis iuda. regnauit
manahem filius gaddi sup isrl. x. annis in samaria. fecitq;
qđ erat malum coram dño. non recessit a peccatis iheroboam filii
nabath. qui peccare fecit isrl. Cunctis diebꝫ eius ueniebat
phul rex assiriorum in thersa. & dabat manahem phul mil
le talenta argenti. ut esset eius in auxilium & firmaret regnum
eius. Indixitq; manahem argentum sup isrl cunctis
potentibꝫ & diuitibꝫ. ut daret regi assyriorum. l. siclos ar
genti p singulos. Recessitq; & rex assyriorum. & non remorat⁹ in
thersa. Reliqua aũt sermonũ manahem & omnia que fecit.
sunt hec scripta sunt in libro sermonũ dierũ regum isrl.
Et dormiuit manahem cũ patribꝫ suis. regnauitq; pha
ceia filius eius p eo. Anno quinquagesimo azarie regis iude.
regnauit phaceia filius manahem sup isrl in samaria
biennio. & fecit qđ malum erat in conspectu dñi. non recess
it a peccatis iheroboam filii nabath. qui peccare fecit isrl.
Coniurauit autẽ aduersum eum phacee filius romelie dux
eius. & percussit eum in samaria in turre domus regie uxte ar
gob & uxta ariob. & cum eo. l. uiros galaaditarum. & interfe
cit eum regnauitq; p eo. Reliqua aũt sermonũ phacei
a & uniuersa que fecit. sunt hec scripta sunt in libro sermo
nũ dierũ regum isrl. Anno quinquagesimo secũdo azarie regis iu
de regnauit phacee filius romelie sup isrl in samaria
xx. annis. & fecit qđ malum ẽ coram dño. non recessit a pec
catis iheroboam qui peccare fecit isrl. Indieb⁹ phacee re
gis isrl uenit theglathfalasar rex assiriorum. & cepit aiona & abel
domum maacha & ianoe. & cedes & asor. & galaad & galile
am uniuersam terram nepthalim. & transtulit eos in assyri
os. Coniurauit autẽ & interfecit osee filius hela.
contra phacee filium romelie. & percussit eum & interfecit.
regnauitq; p eo. uicesimo anno ioatham filii ozie. Reli
qua autẽ sermonũ phacee & uniuersa que fecit. nonne
hec scripta sunt in libro sermonũ dierum regum isrl.
Anno secũdo phacee filii romelie regis isrl. regnauit io
atham filius ozie regis iuda. Viginti quinqꝫ annoꝝ
erat cum regnare cepisset. & xvi. annis regnauit in
hierlim. nomen matris ei ierusa filia sadoch. fecitq;
qđ erat placitum coram dño. uxta omnia que fecerat
ozias pater suus. uerumtñ excelsa non abstulit.
adhuc ppls immolabat & adolebat incensum in excel
sis. Ipse edificauit portam domus dñi sublimissimam.
Reliqua autẽ sermonũ ioathan & uniuersa que fecit. sũ
ne hec scripta sũt in libro uerboꝝ dierum regum iuda. In
diebꝫ illis. cepit dñs mittere in iudam ratsin regem syrie.
& phacee filium romelie. Et dormiuit ioathan cũ
patribꝫ suis. sepultusq; ẽ cũ eis in ciuitate dauid pris
sui. & regnauit achaz filius eius p eo. xvi.
Anno septimo decimo phacee filii romelie. regnauit
achaz filius ioathan regis iuda. Viginti annoꝝ
erat achaz cum regnare cepisset. & xvi. annis regnauit
in hierlim. non fecit qđ erat placitum in conspectu dñi dei
sui sicut dauid pater eius. sed ambulauit in uia regum isrl.
insuper & filium suum consecrauit. transferens p ignem.
iuxta idola gentium. que dissipauit dñs coram filiis isra
el. Immolabat qꝫ uictimas & adolebat incensum in
excelsis. & in collibꝫ & sub omni ligno frondoso. Tunc as
cendit ratsin rex syrie & phacee filius romelie rex isrl in
hierlim ad pugnandum. Cumq; obsiderent achaz. & ualue
runt superare eum. In tempore illo restituit ratsin rex sy
rie ailam syrie & eiecit iudeos de aila. & idumei & syri
uenerunt in ailam & habitauerunt ibi usqꝫ ad diem hanc.
Misit autẽ achaz nuntios ad theglathfalasar regem
assyriorum. dicens ei. Seruus tuus & filius tuus ego sum.
ascende & saluum me fac de manu regis syrie & de ma
nu regis isrl qui insurrexerunt aduersum me. Et cũ col
legisset argentum & aurum qđ inueniri potuit in domo
dñi & in thesauris regis. misit regi assyriorum munera.
qui & adquieuit uoluntati eius. Ascendit enim rex assy
riorum in damascum & uastauit eam & transtulit habita
torem eius cyrenem. ratsin autẽ interfecit. Perrexitq; rex a
chaz in occursum theglathfalasar regis assyriorum in
damascum. Cumq; uidisset altare damasci misit rex
achaz ad uriam sacerdotem exemplar eius & similitu
dinem uxta omne opus eius. Fecerunt igitur urias sacerdos altare.
iuxta ea q̃ preceperat rex achaz de damasco. Ita fecerat urias sacerdos.
donec uenirent rex achaz de damasco. Cumq; uenisset rex de da
masco uidit altare & uenit ad illud. ascenditq; & immolauit ho
locausta & sacrificium suum. & libauit libamina & fudit sanguinẽ pacifi
corum q̃ obtulerat sup altare. Porro altare ereum quod
erat coram dño. transtulit de facie templi & de loco al
taris & de loco templi dñi. posuitq; illud ex latere alta
ris ad aquilonem. Precepit quoq; rex achaz urie sacer
doti dicens. Super altare maius offer holocaustum ma
tutinum & sacrificium uespertinum & holocaustum regis
& sacrificium eius. & holocaustum uniuersi ppli tre. & sacrifi
cia eorum. & libamina eorum. omnem sanguinem holo
causti & uniuersum sanguinem uictime super illud ef
fundes. Altare autem ereum erit paratum ad uoluntatem
meam. fecit igitur urias sacerdos. iuxta omnia que preceperat
rex achaz. Tulit autẽ rex achaz celatas bases & luire
rem que erat desuper. & mare depositum de bobꝫ eneis
qui sustentabant illud. & posuit super pauimentum
stratum lapide. Musaci qꝫ sabbatum qđ edificauerat
in templo. & ingressum regis exterius conuertit in tem
plum dñi propter regem assyriorum. Reliqua autẽ uer
borum achaz que fecit. sunt hec scripta sunt in libro
sermonum dierũ regum iuda. Dormiuitq; a

chaz cum patribz suis ⁊ sepultus ē cū eis in ciuita-
te dauid ⁊ regnauit ezechias filius eius p eo ⁊ anno
xii. achaz regis iuda ⁊ regnauit osee filius hela in
samaria sup israhel. vi. annis ⁊ fecit malum coram dño:
sz non sicut reges qui ante eum fuerant. Contra hunc
ascendit salmanasar rex assyriorum ⁊ factus ē ei osee
seruus ⁊ reddebatq; illi tributa. Cumq; deprehendisset
rex assyriorum osee. qđ rebellare niteret misisset nuntios
ad so regem egypti. ne psolueret tributa regi assyrio-
rum sicut singulis annis solitus erat ⁊ obsedit eum. et
uinctum misit in carcerem. Peragratq; ē omnem terram.
⁊ ascendens samariam obsedit eam tribz annis. Anno aũ
nono osee. cepit rex assyriorum samariam ⁊ transtulit israhel
in assyrios ⁊ posuitq; eos in hala ⁊ in habor iuxta fluuium
gozam in ciuitatibz medorum. Factum ē autem cum pec-
cassent filii israhel dño deo suo. qui eduxerat eos de terra
egypti de manu pharaonis regis egypti ⁊ coluerunt deos alie-
nos ⁊ ambulauerunt iuxta ritum gentium. quas cōsumpserat dñs in conspectu filiorum ⁊ regum israhel. qz si
milis fecerant ⁊ opposuerunt filii israhel uerbis ſ̃ rectis
dño deo suo ⁊ edificauerunt sibi excelsa in cunctis
urbibz suis a turre custodum usq; ad ciuitatē munitam. ⁊ fecerunt sibi statuas ⁊ lucos in omni colle sublimi
⁊ subter omne lignum uiridosum ⁊ adolebant ibi in-
censum sicut gentes. in quarum locum transtulerat
dñs a facie eorum. fecerunt quoq; uerba pessima ut irritaret
dñm ⁊ coluerunt simulacra. de quibz precepit dñs
eis ne facerent uerbum hoc ⁊ testificatus est dñs in israhel
⁊ in iuda p manum omnium prophetarum ⁊ uidentium di-
cens. Reuertimini a uiis uestris pessimis ⁊ custodite pre-
cepta mea ⁊ ceremonias iuxta omnem legem quam precepi
patribz uestris ⁊ sicut misi ad uos in manu seruorum meo-
rum prophetarum. Qui si audierunt ⁊ indurauerunt ceruicem
suam iuxta ceruicem patrum suorum. qui noluerunt
obedire dño deo suo ⁊ abiecerunt legitima eius ⁊ pactum
qđ pepigit cum patribz eorum ⁊ testificationes quibz contestatus est eos. secutiq; sunt uanitatem ⁊ uane egerunt ⁊ secuti
sunt gentes que erant per circuitum eorum. super quibz precepe-
rat eis dñs. ut non facerent sicut ille faciebant. Et dereliquerunt omnia precepta dñi dei sui. fecerunt sibi conflatile
deos duos uitulos ⁊ lucos ⁊ adorauerunt omnem militiam
celi. seruierunt baal ⁊ consecrabant illi filios suos ⁊ filias suas per ignem ⁊ diuinationibz utebantur ⁊ augu-
riis ⁊ tradiderunt se ut facerent malum coram dño ⁊ ir-
ritarent eum. Irratusq; ē dñs ualdemodum israhel ⁊ abstulit
eos de conspectu suo ⁊ non remansit nisi tribus iuda tantum.
⁊ nec ipse iuda custodiuit mandata dei sui. Verum etiam
ambulauit in erroribz israhel quos operatus fuerat. Projecit
quoq; dñs omne semen israhel ⁊ afflixit eos ⁊ tradidit in manu
direptionis donec proiceret eos a facie sua. Ex eo tam tem-
pore quo scissus ē israhel a domo dauid ⁊ constituerunt sibi
regem hieroboam filium nabath. Seduxit enim hie-
roboam israhel a dño ⁊ peccare eos fecit peccatum magnum
⁊ ambulauerunt filii israhel in uniuersis peccatis hieroboa-
am que fecerat. nec recesserunt ab eis usq; qđ auferret
dñs a facie sua israhel. sicut locutus fuerat in manu om-
nium seruorum suorum prophetarum. Transmigratusq; ē israhel de terra sua in
assyrios usq; in hunc diem. Adduxit autem rex assyri-
orum de babilone ⁊ de chuta ⁊ de hauath ⁊ de emath ⁊ de
sepharuaim ⁊ collocauit eos in ciuitatibz samarie p fi-
lios israhel. qui possederunt samariam ⁊ habitauerunt in ur-
bibz eius. Cumq; ibi habitare cepissent. non timebant do-
minum ⁊ immisit eis dñs leones qui interficiebant eos.
Significatumq; ē regi assyriorum ⁊ dictum. Gentes quas
transtulisti ⁊ habitare fecisti in ciuitatibz samarie. ignorant legitimum dei terre ⁊ misit in eos dñs leones. ⁊ ecce
interficiunt eos eo qđ ignorent ritum dei terre. Precepit
autem rex assyriorum dicens. Ducite illuc unum de sa-
cerdotibz quos inde captiuos adduxistis. ⁊ uadat ⁊ habi-
tet cum eis ⁊ doceat eos legitima dei terre. Igitur cū
uenisset unus de sacerdotibz his qui captiui ductu fu-
erant de samaria habitauit in bethel ⁊ docebat eos
qm timerent dñm. Et unaquęq; gens fabricata est
dñs suum. posuerunt eos in fanis excelsis. que fece-
rant samaritę. gens ⁊ gens in urbibz suis. in quibz ha-
bitabant. Viri enim babylonii fecerunt socchothbenoth.
viri autem chuthei fecerunt nergel ⁊ uiri de emath fecerunt
asima. Porro euei fecerunt nebaaz ⁊ tharthac. Hii aũ
qui erant de sepharuaim. comburebant filios suos igni
adramelech ⁊ anamelech dñs sepharuaim ⁊ nichil omi-
no colebant dñm. Fecerunt autem sibi de nouissimis sa-
cerdotes excelsorum ⁊ ponebant eos in fanis sublimibz. ⁊ ceci
dñm colerent. dñs qđ; suos seruiebant iuxta consuetudi-
nem gentium de quibz translati fuerant samariā. ⁊ usq;
in presentem diem morem sequuntur antiquum. Non
timent dñm neq; custodiunt ceremonias eius ⁊ legem ⁊
iudicia ⁊ mandatum qđ precepit dñs filiis iacob. quē cog-
nominauit israhel ⁊ percusserat cū eis pactum ⁊ mandaue-
rat eis dicens. Nolite timere deos alienos. ⁊ non adoretis
eos neq; colatis. ⁊ non immoletis eis. sz dñm deum uestrum qui
eduxit uos de terra egypti in fortitudine magna ⁊ in bra-
chio extento ipsum timete. illum adorate. ⁊ ipsi immolate.
Ceremonias quoq; ⁊ iudicia ⁊ legem ⁊ mandata que scripsit uobis custodite. ut faciatis cunctis diebz. ⁊ non ti-
metis deos alienos. ⁊ pactum qđ percussi uobiscum nolite obli-
uisci. nec colatis deos alienos. sz dñm deum uestrum timete. ⁊
ipse eruet uos de manu omnium inimicorum uestrorum. Illi au-
tem non audierunt. sz iuxta consuetudinem suam priorem ipsi
faciebant. Fuerunt igitur gentes iste timentes quidem dñm. sz
nichilominus ⁊ idolis suis seruientes. Nam ⁊ filii eorum ⁊ ne-
potes. sicut fecerunt patres eius ita faciunt usq; in presentem

Anno tertio osee filii hela regis israhel. xii. Iudeam. regnauit ezechias filius achaz regis iuda. Viginti quin-
q; annorum erat cum regnare cepisset. ⁊ uiginti ⁊ nouem an-
nis regnauit in hierusalem. nomen matris eius abia filia za-
charie. Fecitq; qđ erat bonum coram dño. iuxta omnia
que fecerat dauid pater eius. Ipse dissipauit excelsa ⁊ con-
triuit statuas ⁊ succidit lucos. constregitq; serpentem
ereum quem fecerat moyses. Siquidem usq; ad illud
tempus filii israhel adolebant ei incensum. uocabatq; eum
nohesthan. In dño deo israhel speranit. Itaq; post eum non fuit
similis ei de cunctis regibz iuda. sz neq; in eis qui ante eum
fuerunt. ⁊ adhesit dño. ⁊ non recessit a uestigiis eius. fecitq; man-
data eius que precepit dñs moysi. unde ⁊ erat dñs cum eo. ⁊ in
cunctis ad que procedebat sapienter se agebat. Rebellauit quoq; contra
regem assyriorum. ⁊ non seruiuit ei. Ipse percussit philistheos usq;
gazam ⁊ omnes fines eorum. a turre custodum usq; ad ciuita-
tem munitam. Anno quarto regis ezechie. qui erat annus
vii. osee filii hela regis israhel. ascendit salmanasar rex assy-
riorum samariam ⁊ oppugnauit eam ⁊ cepit. Iam p annos
tres. anno sexto ezechie. id est nono anno osee regis israhel.
capta ē samaria. Et transtulit rex assyriorum israhel in assy-
rios. collocauitq; eos in hala ⁊ in habor fluuium gozam in ci-
uitatibz medorum. qm non audierunt uocem dñi dei sui. sz pre-
tergressi sunt pactum eius. ⁊ omnia que precepit moyses ser-
uus dñi. non audierunt neq; fecerunt. Anno quidem decimo
regis ezechie. ascendit sennacherib rex assyriorum ad uni-
uersas ciuitates iuda munitas. ⁊ cepit eas. Tunc misit eze-
chias rex iuda nuntios ad regem assyriorum lachis dicens.
Peccaui. recede a me. ⁊ quod unposueris inferam. Im-

dixit itaq; rex assyriorꝝ ezechie regi iude. trecenta talenta argenti. & xxx. talenta auri. Deditq; ezechias omne argentum qđ reptum fuerat in domo dñi. & in thesauris regis. In tempore illo confregit ezechias ualuas templi dñi. & lamnas auri quas ipse affixerat. & dedit eas regi assyriorꝝ. Misit autē rex assyriorꝝ tharthan. & tabsaris. & tabsacen de lachis ad ezechiam regem cū manu ualida in hierlm. Qui cum ascendissent uenerunt in hierlm. & steterunt iuxta aque ductum piscine superioris. que est in uia agri fullonis. Vocauerunt; regem. Egressus est autē ad eos eliachim filius helchie ꝓpositus domꝰ. & somna scriba. & joahe filius asaph acōmentarius. dixitq; ad eos tabsacen. Loquimini ezechie. Hec dicit rex magnus rex assyriorꝝ. Que est ista fiducia tua qua niteris. Existimas quia consilium. aut ꝓparatus sis ad pugnam. In quo confidis. ut audeas rebellare. An speras in baculo harundineo arundineo; confracto egyptio. cui quicumq; innixus fuerit homo cō pungetur. manumq; ei. & perforabit eam. Sic est pharao rex egyptiorum omnibus qui confidunt in se. Quod si dixerint mihi. in domino deo nostro habemus fiduciam. nonne ipse est cuius abstulit ezechias excelsa. & altaria. & precepit iude. & hierlm. ante altare hoc. adorabitis in hierlm. Nunc igitur tradite ad dñm meum regem assyriorꝝ. & dabo uobis duo milia equorum. & uidete an habere ualeatis ascensores eorum. Et quō potestis resistere ei unum satrapam de seruis dñi mei minimis. An fiduciam habes in egypto ꝓpter currus. & equites. Numquid sine dñi uoluntate ascendi ad locum istum. ut demolirer eum. Dixit dñs. Ascende ad terram hanc. & demolire eam. Dixerunt autē eliachim filius helchie. & somna. & joahe. tabsacen. Precamur. ut loquaris nobis seruis tuis syriace. Siquidem intelligimus hanc linguam. & ne loquaris nobis iudaice. audiente populo qui est super murum. Respondit; eis tabsacen dicens. Numquid ad dñm tuum. & ad te misit me dñs meus. ut loquerer sermones hos. & non ad uiros qui sedent super murum. ut comedant stercora sua. & bibant urinam suam uobiscum. Stetit itaq; tabsacen. & clamauit uoce magna iudaice. & ait. Audite uerba regis magni. regis assyriorꝝ. Hec dicit rex. Non uos seducat ezechias. Non enim potest uos eruere de manu mea. Neq; fiduciam tribuat uobis super dñm dicens. eruens liberabit nos dñs. & non tradetur ciuitas hec in manu regis assyriorꝝ. Nolite audire ezechiam. Hec enim dicit rex assyriorꝝ. Facite mecum qđ uobis est utile. egredimini ad me. & comedat unusquisq; de uinea sua. & de ficu sua. & bibat aquas de cisterna sua. donec ueniam. & transferam uos in terram. que similis est terre uestre. in terram fructiferam. & fertilem uini. terram panis. & uinearum. terram oliuarum. olei ac mellis. & uiuetis. & non moriemini. Nolite audire ezechiam. qui uos decipit dicens. Dñs liberabit nos. Numquid liberauerunt dii gentium terram suam. de manu regis assyriorꝝ. Vbi est deus emath. & deus arphad. Vbi est deus sepharuaim. ana. & ana. Numquid liberauerunt samariam de manu mea. Qui nam isti sunt in universis dis terrarum qui eruerunt regionem suam de manu mea. ut possit eruere dñs hierlm de manu mea. Tacuit itaq; populus. & non respondit ei quicquam. Siquidem preceptum regis acceperant. ut non responderet ei. Venitq; eliachim filius helchie ꝓpositus domꝰ. & somna scriba. & joahe filius asaph acōmentarius ad ezechiam scissis uestibus. & nuntiauerunt ei uerba tabsacen. Que cum audisset rex ezechias scidit uestimenta sua. & operuit se sacco. & ingressus est domum dñi. misitq; eliachim ꝓpositum domus. & somnā scribam. & senes de sacerdotibus opertos saccis. ad isaiam ꝓphetam filium amos. Qui dixerunt. Hec dicit ezechias. Dies tribulationis. & increpationis. & blasphemie dies iste. Venerunt filii usq; ad partum. & uires non habet parturiens. Si forte audiat dñs deus tuus uniuersa uerba tabsacen. quem misit rex assyriorꝝ dñs suus ut exprobraret deo uiuenti. & arguat uerbis que audiuit dñs deus tuus. & fac orationem ꝓ reliquiis que repte sunt. Venerunt q̄ serui regis ezechie. ad isaiam. Dixitq; eis isaias. Hec dicetis dño uestro. Hec dicit dñs. Nolite timere a facie sermonum quos audisti. quibus blasphemauerunt pueri regis assyriorꝝ me. Ecce ego immittam ei spiritum. & audiet nuntium. & reuertetur in terram suam. & dabo eum gladio in terra sua. Reuersus est q̄ tabsacen. & inuenit regem assyriorꝝ expugnantem lobnam. Audierat enim qđ recessisset de lachis. Cumq; audisset de tharaca rege ethiopie dicentes. ecce egressus est ut pugnet aduersum te. & iterum contra eum. misit nuntios ad ezechiam dicens. Hec dicite ezechie regi iude. Non te seducat deus tuus in quo habes fiduciam. neq; dicas. si tradetur hierlm in manu regis assyriorꝝ. Tu enim ipse audisti que fecerunt reges assyriorꝝ universis terris. quomodo uastauerint eas. Num q̄ solus poteris liberari. Numquid liberauerunt dii gentium singulos quos uastauerunt patres mei. gozam uidelicet. & haran. & reseph. & filios eden qui erant in thelassar. Vbi est rex emath. & rex arphad. & rex ciuitatis sepharuaim. ana. & ana. Itaq; cum accepisset ezechias litteras de manu nuntiorꝝ. & legisset eas. ascendit in domum dñi. & expandit eas coram dño. orauit in conspectu eius dicens. Vne dñs qui sedes super cherubin. tu es deus solus regum omnium terre. tu fecisti celum. & terram. lunam autem tuam. & audi. Aperi dñe oculos tuos. & uide. & audi omnia uerba sennacherib. qui misit ut exprobraret nobis dñm uiuentem. Vere dñe dissipauerunt reges assyriorꝝ gentes. & terras omnium. & miserunt deos eorum in ignem. Non enim erant dii. sed opera manuum hominum. ex ligno. & lapide. & perdiderunt eos. Nunc q̄ dñe deus noster. uide nos de manu eius. ut sciant omnia regna terre. quia tu es dñs solus. Misit autē isaias filius amos ad ezechiam dicens. Hec dicit dñs deus israhel. Que deprecatus es me super sennacherib rege assyriorꝝ. audiui. Iste est sermo quem locutus est dñs de eo. Spreuit te. & subsannauit te uirgo filia sion. post tergum caput mouit filia hierlm. Cui exprobrasti. & quam blasphemasti. Contra quem exaltasti uocem tuam. & eleuasti in excelsum oculos tuos. Contra sanctum israhel. Per manum seruorum tuorum exprobrasti dño. & dixisti. In multitudine currituum meorum ascendi excelsa montium in summitate libani. & succidi sublimes cedros eius. electas abietes eius. & introiui hospitium finium eius. saltum carmeli eius. ego succidi. & bibi aquas alienas. & siccabo uestigio pedum meorum omnes aquas clausas. Numquid non audisti quid ab initio fecerim. Ex diebus antiquis plasmaui illud. & nunc adduxi. Et nunc in ruinam collium pugnantium ciuitates munite. & qui sedent in eis humiles manu conterriti sunt. & confusi sunt. fuerunt quasi fenum agri. & uirens herba tectorum. que arefacta est antequam ueniret ad maturitatem. Habitaculum tuum. & egressum tuum. & introitum tuum. & iram tuam ego perspexi. furorem tuum contra me. Insanisti contra me. & superbia tua ascendit in aures meas. Ponam uncum in naribus tuis. & chamum in labiis tuis. & reducam te in uiam per quam uenisti. Tibi autem ezechia. hoc erit signum. Comede hoc anno quod reperit. In secundo autem anno. que sponte nascuntur. Porro anno tertio seminate. & metite. plantate uineas. & comedite fructum earum. Et quod residuum fuerit de domo iuda. mittet radicem deorsum. & faciet fructum sursum. De hierusalem quippe egredientur reliquie. & quod saluet de monte sion. Zelus dñi exercituum faciet hoc. Quamobrem hec dicit dñs de rege assyriorꝝ. Non ingredietur urbem hanc. nec mittet in eam sagittam. nec occupabit eam clypeus. nec circumdabit eam munitio. Per uiam qua

m. xviiij. C. xiv

uenit reuerctur. ⁊ ciuitatem hanc ñ ingredietⁱ. dicit dñs. Protegamq; urbem hanc ⁊ saluabo eam ꝓp me. ⁊ ꝓp dauid seruum meum. factum ē ḡ nocte illa. uenit angⁿs dñi. ⁊ percussit castra assyriorⁱ centum octoginta quinq; milia. Cumq; diluculo surrexisset. uidit omnia corpa mortuorⁱ. ⁊ recedens abiit. Et reuⁱsus ē sennacherib rex assyriorⁱ. ⁊ mansit in ninuē. Cumq; adoraret in templo nesroch dñm suū. adramelech. ⁊ sarasar. filii ei percusserunt eum gladio. fugerūtq; in terram armenior. ⁊ regnauit asserhaddon filius ei ꝓ eo.

C. XX. IN diebz illis egrotauit ezechias usq; ad mortē. Et uenit ad eum ysaias filius amos ꝓpheta. ⁊ dixit ei. Hec dicit dñs dñs. Precipe domui tue. morieris enim ⁊ non uiues. Qui conuertit faciem suam ad parietem. ⁊ orauit dñm dicens. Obsecro dñe. memento quomodo ambulauerim coram te in ueritate. ⁊ in corde perfecto. ⁊ quod placitum ē coram te fecerim. fleuit itaq; ezechias fletu magno. Et antequam egrederetur ysaias medianam partem atrii. factus ē sermo dñi ad eum dicens. Reuertere. ⁊ dic ezechie duci ꝓpli mei. Hec dicit dñs dñs dauid patris tui. Audiui orationem tuam. ⁊ uidi lacrimam tuam. ⁊ ecce sanauī te. Die tertio ascendes templum dñi. ⁊ addam diebz tuis xv. annos. ⁊ de manu regis assyriorⁱ liberabo te. ⁊ ciuitatem hanc. ⁊ protegam urbem istam ꝓpter me. ⁊ ꝓp dauid seruū meū. Dixitq; ysaias. Afferte massam ficorⁱ. Quā cū attulissent. ⁊ posuissent sup ulcus ei. conualuit. Dixit aūt ezechias ad ysaiam. Quod erit signum q dñs me sanabit. ⁊ q ascensurus sum die tertio templum dñi. Cui ait ysaias. Hoc erit signū a dño. qd facturus sit dñs sermonē quem locutus ē. Vis ut ascendat umbra. x. lineis. an ut reuertatur totidem gradibz. Et ait ezechias. facile ē umbrā crescere. x. lineis. Nec hoc uolo ut fiat. sed ut reuertatur retrorsum. x. gradibz. Inuocauit itaq; ysaias ꝓphā dñm. ⁊ reduxit umbram p lineas quibz iam descenderat in horologio achaz retrorsum decem gradibus.

·xiii· IN tempore illo. misit merodachbaladan filⁱ baladan. rex babyloniorⁱ litteras. ⁊ munera ad ezechiam. Audierat enim qd egrotasset ezechias. Letatus ē aūt in aduentu eorⁱ ezechias. ⁊ ostendit eis domū aromatū. ⁊ aurum. ⁊ argentū. ⁊ pigmenta uaria. unguenta q; ⁊ domum uasorⁱ suorⁱ. ⁊ omnia que haberi potuit in thesauris suis. Non fuit qd non monstrasset eis ezechias in domo sua. ⁊ in omni potestate sua. Venit aūt ysaias ꝓpha ad regem ezechiam. dixitq; ei. Quid dixerunt uiri isti. aut unde uenerunt ad te. Cui ait ezechias. De terra longinqua uenerunt ad me. de babylone. At ille respondit. Quid uiderunt in domo tua. Ait ezechias. Omnia que sunt in domo mea uiderunt. Nichil ē qd non monstrauerim eis in thesauris meis. Dixit itaq; ysaias ezechie. Audi sermonem dñi. Ecce dies uenient. ⁊ auferentur omnia q sunt in domo tua. ⁊ que condiderunt patres tui usq; in diem hanc in babilonē. non remanebit quicqm ait dñs. Sed ⁊ de filiis tuis qui egredient ex te. quos generabis tollent. ⁊ erunt eunuchi in palatio regis babylonis. Dixit ezechias ad ysaiam. Bonus sermo dñi quem locutus ē. Sit pax et ueritas in diebz meis. Reliqua aūt sermonū ezechie. ⁊ omnis fortitudo ei. ⁊ quo fecerit piscinā. ⁊ aq̄ductū. ⁊ introduxerit aquas in ciuitatem. sine hec scripta sunt in libro sermonū dierū regum iuda. Dormiuit itaq; ezechias cum patribz suis. ⁊ regnauit manasses filius ei ꝓ eo. Duodecim annorⁱ erat manasses cū regnare cepisset. ⁊ quinquaginta quinq; annis regnauit in hierlm. Nomen matris ei aphsiba. Fecitq; malum in conspectu dñi iuxta ꝓfanationes gentiū. q̄s deleuit dñs a facie filiorⁱ isrl. Conuersusq; ē ⁊ edificauit excelsa que destruxerat ezechias pat ei. ⁊ erexit aras baal. ⁊ fecit lucos sicut fecerat achab rex isrl. ⁊ adorauit omnē miliciam cel. ⁊ coluit eam. Extruxitq; aras in domo dñi de qua dixit dñs. in hierlm ponam nomen meum. ⁊ extruxit altaria uniuerse milicie celi in duobz atriis templi dñi. ⁊ filium suum ꝓ igne. ⁊ ariolatus ē. ⁊ obseruauit augura. ⁊ fecit pythonem. ⁊ aruspices multiplicauit. ut faceret malum coram dño. ⁊ irritaret eum. Posuit q; ydolum luci qd fecerat in templo dñi. sup quo locutus ē dñs ad dauid. ⁊ ad salomonem filium ei. In templo hoc. ⁊ in hierlm. q̄m elegi de cunctis tribubz isrl. ponam nomen meum ibi in sempiternum. ⁊ ultra non faciam amoueri pedem isrl. de terra q̄m dedi patribz eorⁱ. sic tamen si custodierint opa omnia que precepi eis. ⁊ uniuersam legem q̄m mandauit eis seruus meus moyses. Illi aūt non audierunt. sed seducti sunt a manasse. ut facerent malum sup gentes. quas contriuit dñs a facie filiorⁱ isrl. Locutusq; ē dñs in manu seruorⁱ suorⁱ ꝓpharum dicens. Quia fecit manasses rex iuda abhominationes istas pessimas. sup omnia que fecerunt amorrei ante eum. ⁊ peccare fecit etiam iudam in immundiciis suis. ꝓpterea hec dicit dñs dñs isrl. Ecce ego inducam mala sup hierlm et iudam. ut quicunq; audierit. tinniant ambe aures ei. Et extendam sup hierlm funiculum samarie. ⁊ pondus domⁱ ahab. ⁊ delebo hierlm sicut deleri solent tabule. Delens uertam et ducam crebro stilum sup faciem ei. Dimittam aūt reliquias hereditatis mee. ⁊ tradam eas in manu inimicorⁱ eorⁱ. eruntq; in uastitate. ⁊ rapina cunctis adūsariis suis. eo qd fecerint malum coram me. ⁊ pleuerint irritantes me. ex die qua egressi sunt patres eorⁱ ex egypto. usq; ad diem hanc. Insup ⁊ sanguinem innocuum fudit manasses multū nimis. donec impleret hierlm usq; ad os. absq; peccatis suis quibz peccare fecit iudam. ut faceret malum coram dño. Reliqua aūt sermonū manasse. ⁊ uniuersa que fecit. ⁊ peccatum ei qd peccauit. nonne hec scripta sunt in libro sermonum dierum regum iuda. Dormiuitq; manasses cū patribz suis. ⁊ sepultus ē in horto domⁱ sue in orto aza. ⁊ regnauit amon filius ei ꝓ eo. Viginti ⁊ duorⁱ annorⁱ erat amon cum regnare cepisset. duobzq; annis regnauit in hierlm. nomen matris ei mesallemeth filia arus de gethebā. Fecitq; malum in conspectu dñi sicut fecerat manasses pater ei. ⁊ ambulauit in omni uia ꝓ quam ambulauerat pater ei. seruiuitq; simulachris immundiciis quibz seruierat pat suus. ⁊ adorauit eas. ⁊ dereliquit dñm deum patrū suorⁱ. ⁊ non ambulauit in uiam dñi. Tetenderunt q; et insidiati seruo suo. ⁊ interfecerunt regem in domo sua. Percussit autem ꝓpls terre omnes qui conspirauerant contra regem amon. ⁊ constituerunt filium eius regem iosiam filium ei ꝓ eo. Reliq̄ aūt sermonū amon que fecit. nonne hec scripta sunt in libro sermonū dierum regum iuda. Sepelieruntq; eum in sepulchro suo in horto oza. ⁊ regnauit iosias filius ei ꝓ eo.

·C. XXII· ·Octo annorⁱ erat iosias cū regnare cepisset. ⁊ xxx. uno anno regnauit in hierlm. nomen matris ei idida. filia phadaia de besachath. Fecit qd placitum erat coram dño. ⁊ ambulauit p omnes uias dauid patris sui. non declinauit ad dexteram aūt sinistram.

·xiii· Anno aūt octauodecimo regis iosie misit rex saphan filium asalie filii mesullam scribam templi dñi. dicens ei. Vade ad helchiam sacerdotem magnum. ut conflentur pecunia que illata ē in templum dñi. q̄m collegerunt ianitores a ꝓpl. detur q; fabris ꝓ ꝓpositos domⁱ dñi. qui ⁊ distribuant eam his qui operantur in templo dñi. ad instauranda sarta tecta templi. tignariis uidelicet. ⁊ cementariis. ⁊ his qui ruptura cōponūt. ⁊ ut emant ligna ⁊ lapides de lapidicinis. ad instaurandū templum dñi. Verumtñ si supputet eis argentū qd acceperint. non postulabit ab eis rationem. quia in fide operum agunt. Dixit aūt helchias ꝓnifex ad saphan scribam. Librum legis reperi in domo dñi. Deditq; helchias uolumen saphan. qui ⁊ legit illud. Venit q; saphan scriba ad regem. ⁊ renuntiauit ei qd ꝓceperat. ait. Conflauerūt serui tui pecuniam que reperta ē in domo dñi. ⁊ dederunt ut distribueret eam fabris a ꝓfectis operum templi dñi. Narrauitq; saphan scriba. regi

Et factus est sermo domini ad me dicens. fili hominis. dic principi tyri. Hec dicit dominus deus. Eo quod elenatum est cor tuum. et dixisti. deus ego sum. et in cathedra dei sedi in corde maris. cum sis homo et non deus. et dedisti cor tuum quasi cor dei. ecce sapiencior es tu danele. omne secretum non est absconditum a te. In sapientia et prudentia tua fecisti tibi fortitudinem. et adquisisti aurum et argentum in thesauris tuis. in multitudine sapientie tue et in negotiatione tua multiplicasti fortitudinem. et elenatum est cor tuum in fortitudine tua. propterea hec dicit dominus deus. Eo quod elenatum est cor tuum quasi cor dei. ideo ecce ego adducam super te alienos robustissimos gentium. et nudabunt gladios suos super pulchritudinem sapientie tue. et polluent decorem tuum. interficient et detrahent te. et morieris in interitu occisorum in corde maris. Numquid dicendo loqueris. deus ego sum coram interficientibz te. cum sis homo et non deus. in manu occidentium te. morte incircumcisorum morieris in manu alienorum. quia ego locutus sum ait dominus deus.

Et factus est sermo domini ad me dicens. fili hominis. leua planctum super regem tyri. et dices ei. Hec dicit dominus deus. Tu signaculum similitudinis. plenus sapientia. perfectus decore. in deliciis paradisi dei fuisti. Omnis lapis pretiosus operimentum tuum. sardius. topazius. et iaspis. chrysolitus et onyx et berillus. saphyrus. et carbunculus et smaragdus. Aurum opus decoris tui. et foramina tua in die qua conditus es preparata sunt. Tu cherub extentus et protegens. et posui te in monte sancto dei. in medio lapidum ignitorum ambulasti. perfectus in uiis tuis a die conditionis tue. donec inuenta est iniquitas in te. in multitudine negotiationis tue repleta sunt interiora tua iniquitate et peccasti. et eieci te de monte dei. et perdidit te o cherub protegens. de medio lapidum ignitorum. Et elenatum est cor tuum in decore tuo. perdidisti sapientiam tuam in decore tuo. In terram proieci te. ante faciem regum dedi te. ut cernerent te in multitudine iniquitatis tue. in iniquitate negotiationis tue polluisti sanctificationem tuam. Producam ignem de medio tui qui comedat te. et dabo te in cinerem super terram in conspectu omnium uidentium te. Omnes qui nouerunt te in gentibz obstupescent super te. nichil factus es. et non eris usque in perpetuum.

Et factus est sermo domini ad me dicens. fili hominis pone faciem tuam contra sydonem. et prophetа de ea. et dices. Hec dicit dominus deus. Ecce ego ad te sydon. et glorificabor in medio tui. et scient quia ego dominus. cum fecero in ea iudicia. et sanctificatus fuero in ea. Et immittam in eam pestilentiam. et sanguinem in plateis eius. et corruent interfecti in medio eius gladio super eam circumquaque. et scient quia ego dominus. Et non erit ultra domui israel offendiculum amaritudinis. et spina dolorem inferens undique de circumquaque eorum qui adiacent eis. et scient quia ego dominus.

Hec dicit dominus deus. Quando congregabo domum israel de populis in quibz dispersi sunt. sanctificabor in eis coram gentibz. et habitabunt in terra sua quam dedi seruo meo iacob. et habitabunt in ea secure. et edificabunt domos. plantabuntq; uineas. et habitabunt confidenter. cum fecero iudicia in omnibz qui adiacent eis per circuitum. et scient quia

ego dominus deus eorum.

In anno decimo. in decimo mense. undecima mensis: factum est verbum dñi ad me dicens. fili hominis pone faciem tuam ad pharaonem regem egypti. et prophetā de eo: et de egypto universa loquere et dices. Hec dicit dñs ds. Ecce ego ad te pharao rex egypti. draco magne qui cubas in medio fluminum tuorum: et dicis meus est fluvius. et ego feci memetipsum. Et ponam frenum in maxillis tuis. et adglutinabo pisces fluminum tuorum squamis tuis. et extraham te de medio fluminum tuorum: et universi pisces tui squamis tuis adherebunt. et projiciam te in desertum. te omnes pisces fluminis tui. Super faciem terre cades: non colligeris nec congregaberis. bestiis terre et volatilibus celi dedi te ad devorandum. et scient omnes habitatores egypti quia ego dñs. Pro eo quod fuisti baculus harundineus domui israel: cum apprehenderunt te manu. et contractus es: et lacerasti omnem humerum eorum. et dissoluisti omnes renes eorum. et innitentibus eis supra te omnis est. Propterea hec dicit dñs ds.

Ecce ego adducam super te gladium. et interficiam de te hominem et iumentum. et erit terra egypti in desertum et solitudinem: et scient quia ego dñs. eo quod dixerit fluvius meus est. et ego feci eum: ecce ego ad te et ad flumina tua. dabo terram egypti in solitudinem et gladio dissipatam. a turre syene et usque ad terminos ethiopie. Non pertransibit eam pes hominis. nec pes iumenti gradietur in ea: et habitabit. xl. annis. Dabo autem terram egypti desertam in medio terrarum desertarum: et civitates eius in medio urbium subversarum. erunt desolate. xl. annis: et dispergam egyptios in nationes. et ventilabo eos in terris. Quia hec dicit dñs ds. Post finem. xl. annorum congregabo egyptios de populis in quibus dispersi fuerant. et reducam captivitatem egypti. et collocabo eos in terra phatures. in terra nativitatis sue: et erunt ibi in regnum humile. et infra regna cetera erit humillima. et non elevabitur ultra super nationes. et minuam eos ne imperent gentibus. nec erunt ultra domus israel in confidentia. docens et inquietans ut fugiant et sequantur eos: et scient

Et factum est in undecimo. xxvii. quia ego dñs ds. et septimo anno. i. i. mense. in una mensis: factum est verbum dñi ad me dicens. fili hominis. nabugodonosor rex babylonis. servire fecit exercitum suum. servitute magna adversum tyrum: omne caput decalvatum. et omnis humerus depilatus est. et merces non est reddita ei nec exercitui ejus de tyro propter servitutem qua servivit in adversum eam. Propterea hec dicit dñs ds. Ecce ego dabo nabugodonosor regem babylonis in terra egypti. et accipiet multitudinem ejus et diripiet direptionem eius et expugnabit manubias eius. et diripiet spolia ejus. et erit merces exercitui illius. vicem quo servivit adversum eam. dedi ei terram egypti pro eo quod laboraverunt in ea dñs ds. In die illo pullulabit cornu domui israel: et tibi dabo aperturam os in medio eorum. et scient

Et factum est verbum dñi ad me. xxviii dicens. fili hominis. prophetā et dic. hec dicit dñs ds. Ulula te. ue. ue. diei. quia juxta est dies. et appropinquat dies dñi. dies nubis. dies temporis gentium erit. Et veniet gladius in egyptum. et erit pavor in ethiopia. cum ceciderint vulnerati in egypto. et ablata fuerit multitudo illius. et destructa fundamenta ejus. Ethiopia et libya. et lidius. et omne vicinum vulgus. et chub. et filii terre federis. cum eis gladio cadent. Hec dicit dñs ds. Corruent fulcientes egypti. et destruetur superbia imperii ejus. a turre syene gladio cadent in ea. ait dñs exercituum. Et dissipabuntur in medio terrarum desolatarum. et urbes eius in medio civitatum desertarum erunt: et scient quia ego dñs. Cum dedero ignem in egypto. et attriti fuerint omnes auxiliatores ejus. In die illa egredientur nuntii a facie mea in trieribus ad terrendam ethiopie confidentiam. et erit pavor in eis. in die egypti. quia absque dubio venient. Hec dicit dñs ds. Et cessare faciam multitudinem egypti. in manu nabuchodonosor regis babylonis. Ipse et populus ejus cum eo. fortissimi gentium adducentur ad disperdendam terram. et evaginabunt gladios suos super egyptum. et implebunt terram interfectis. Et faciam

Hec dicit dñs ds. Et dissipabo simulacra. et cessare faciam ydola de memphis. et dux de terra egypti non erit amplius. et dabo timorem in terra egypti. et dispergam eos in terris. et scient quia ego dñs. Et fecit

Propterea hec dicit dñs ds. Ecce ego ad pharaonem regem egypti. et contram brachium ejus forte. sanum. et fractum. et dejiciam gladium de manu ejus. et dispergam egyptios in gentibus. et ventilabo eos in terris. et confortabo brachia regis babylonis. et dabo gladium meum in manu ejus. et confringam brachia pharaonis. et gemet gemitibus interfecti coram facie ejus. et confortabo brachia regis babylonis. et brachia pharaonis cadent. et scient quia ego dñs. cum dedero gladium meum in manu regis babylonis. et extenderit eum super terram egypti. et dispergam egyptum in nationes. et ventilabo eos in terris. et scient quia ego dñs. Et factum est in. xxi. anno. primo mense. una mensis: factum est verbum dñi ad me dicens. fili hominis dic pharaoni regi egypti. et populo ejus. Cujus similis factus es in magnitudine tua. Ecce assur quasi cedrus in libano. pulcher ramis. et frondibus nemorosus. excelsusque altitudine. et inter condensa frondes elevatum est cacumen ejus. Atque nutrierunt illum. abyssus exaltavit eum. fluminum ejus manabant in circuitu radicis ejus. et rivos suos semisit ad universa ligna regionis. Propterea elevata est altitudo ejus super omnia ligna regionis. et multiplicata sunt arbusta ejus. et elevate sunt rami ejus prae multis. Cumque extendisset umbram suam in ramis ejus fecerunt nidos omnia volatilia celi. et sub frondibus ejus genuerunt omnes bestie silvarum. et sub umbraculo illius habitabat cetus gentium plurimarum. erat quasi pulcherrimus in magnitudine sua. et in dilatatione arborum suarum. erat enim radix illius juxta aquas multas. Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso dei. abietes non adequaverunt summitatem ejus. et platani non fuerunt ex frondibus ejus. Omne lignum paradisi dei non est assimilatum illi in pulchritudine ejus. quia speciosum fecit eum. et multis condensisque frondibus. et emulata sunt eum omnia ligna voluptatis que erant in paradiso dei. Propterea hec dicit dñs ds. Pro eo quod sublimatus est in altitudinem. et dedit summitatem suam inter crassitudinem atque condensam. et

elevatum est cor ei in altitudine sua: / tradidi eū in
manu fortissimi gentium. faciens faciet ei. Juxta i
pietatem ei ejeci eum. et succident illum alieni. et crude
lissimi nationū. ipsi vent eum sup montes. in cunc
tis vallibus corruent rami ei. et frangent arbusta eius
in universis ripis terre. et recedent de umbraculo ei omes
pli terre. et relinquent eum. In ruina ei habitaverunt
omnia volatilia celi. et in ramis ei fuerunt universe bestie
regionis. Quam obrem si elevabunt in altitudine sua oia
ligna aquarū. neq; ponent sublimitatē suam inter nemo
rosa atq; frondosa. nec stabunt in sublimitate sua omnia
que irrigant aque. q omes tradite sunt ad mortē. ad ter
ram ultimam in medio filioru hominū. ad eos qui descen
dunt in lacum. Hec dicit dns ds. In die cū descendit ad
inferos indixi luctum. operui eum abysso. et prohibui flumi
na ei. et coherceri aquas multas. Contristatus ē sup eum
lybanus. et omnia ligna agri dejecta sunt. a sonitu ruine ei
commoti gentes. cum deducerem eum ad infernum cū his
qui descendebant in lacū. Et consolata sunt in terra infima
omnia ligna voluptatis egregia atq; p̄clara in libano. inebri
ata que irrigabant aque. Etiam ipsi cū eo descendent ad
infernum cum interfectis gladio. et brachium unicuiq;
sedebit sub umbraculo ei in medio nationum. Cui assimi
latus es o inclite atq; sublimis in lignis voluptatis. Ec
ce deductus es cū lignis voluptatis ad terram ultimam.
in medio incircumcisorum dormies cū eis qui interfecti sunt
gladio. ipse ē pharao et omnis multitudo ei dicit dns ds.

Et factum ē in xii. anno. in mense xii. in una .lxxi.
mensis. et factum ē verbum dni ad me dicens. fili hominis las
sume lamentū sup pharao regem egypti et dices ad eū.
Leonem gentium assimilatus es. et draconi qui ē in mari.
et ventilabas cornu in fluminibus tuis. et turbabas aqs
pedibus tuis. et conculcabas flumina eorū. Propterea hec di
cit dns ds. Expandam sup te rete meum in multitu
dine populorum multorum. et extollent te in sagena mea. et
jactabo te in terra. sup faciem agri abjiciam te. et habitare faciā
sup te omnia volatilia celi. et saturabo de te bestias universe
terre. et dabo carnes tuas sup montes. et implebo colles tuos sanie tua
et irrigabo terram fetore sanguinis tui sup montes. et valles implebūt ex te. et
omnia cauentes fluvii celos. et rigētes fontes stellabūt. Solē nube tegā
et luna non dabit lumen suum. omne lumināre celi mere faciā sup te. et da
bo tenebras super terram tuam dicit dns ds. cum universas virtutes tuas
et es. Et irritabo cor populorum multorum cum induxero
contritionem tuam in gentibus sup terras
quas nescis. Et stupescere faciam sup te populos multos.
et reges eorū horrore nimio formidabunt sup te. cum ce
ciderint vulnerati tui in medio terre a facie dni ds. cū volare
cepit gladius meus sup facies eorū. et obstupescent repen
te singuli. pro anima sua in die ruine sue. qa hec dicit dns
ds. Gladius regis babylonis veniet tibi. in gladius fortium
decidam multitudinem tuam universi pugnabiles gentes
omnes hec. et vastabunt superbiam egypti. et dissipabitur
multitudo ei. et perdam omnia iumenta eius que erant sup
aquas plurimas. et non conturbabit eas pes hominis ultra. ne
que ungula iumentorū turbabit eas. Tunc purissimas red
dam aquas eorū. et flumina eorū quasi oleum adducam ait
dns ds. cum dedero terram egypti desolatam. Deseretur
autem terra a plenitudine sua. quando percussero omnes habi
tatores ei. et scient qa ego dns. Planctus ē et plangent eā.
filie gentium plangent eam. super egypto et super multi
tudine ei plangent eam ait dns ds. .lxxii.

Et factum est in xii. anno. in quinta decima mensis. factum
est verbum dni ad me dicens. fili hominis cane lugubre

sup multitudinem egypti. et deduc eam. ipsam et filias
gentium robustarum ad terram ultimam. cū his qui des
cendunt in lacū. Quo pulchriorem te descende. et dormi cū
incircumcisis. in medio interfectorum gladio cadent. Gladius
datus est. attraxerunt eum et omnes populi ei. Loquentur
ei potentissimus robustorum de medio inferni. qui cū auxi
liatoribus eius descenderunt. et dormierunt incircumcisi i
terfectiq; gladio. Ibi assur et omnis multitudo ei in circui
tu illius sepulchra ei. omnes interfecti et qui cecidunt gla
dio. quorum data sunt sepulchra in novissimis lacus. et fac
ta ē multitudo ei per gyrum sepulchri ei. et universi interfecti
cadentesq; gladio. qui dederunt quondam formidinem
in terra viventium. Ibi elam et omnis multitudo ei per gyrū
sepulchri sui. omnes hi interfecti ruentesq; gladio. qui
descenderunt incircumcisi ad terram ultimam. qui posuerūt
timorem suum in terra viventium. et portaverunt ignomi
niam suam cū his qui descendunt in lacum. In me
dio interfectorum posuerunt cubile ei. in universis populis ei in
circuitu ei sepulchrum illius. Omnes hi incircumcisi inter
fectiq; gladio. dederunt enim timorem in terra viventi.
et portaverunt ignominiam suam cū his qui descendūt
in lacum. in medio interfectorum positi sunt. Ibi mo
soch et thubal et omnis multitudo ei. in circuitu ei sepul
chra illius. Omnes hi incircumcisi interfectiq; et cadentes
gladio. qui dederunt formidinem suam in terra viventi
et si dormient cum fortibus cadentibusq; et incircumcisis qui
descendunt ad infernum cum armis suis. et posuerunt
gladios suos sub capitibus suis. et fuerunt iniquitates eorū
in ossibus eorū. qa terror fortium fuit in terra viventi
um. Et tu in medio incircumcisorum contereris. et dormi
es cum interfectis gladio. Ibi Idumea et reges ei. omnes duces
ei qui dati sunt cū exercitu suo cū interfectis gladio. et qui
cum incircumcisis dormierunt. et cū his qui descendunt
in lacum. Ibi principes aquilonis omnes. et universi sacer
dotes qui deducti sunt cū interfectis pavent es. et in sua
formidine confusi. qui dormierunt incircumcisi cū inter
fectis gladio. et portaverunt confusionē suam cū his q descen
dunt in lacum. Vidit eos pharao et consolatus ē super uni
versa multitudine sua que interfecta ē gladio. et portave
runt confusionem cum his qui descendunt in lacum. pha
rao et omnis exercitus ei ait dns ds. qa dedit terrorem meum
in terra viventium. et dormiunt in medio incircumcisorum
cū interfectis gladio. pharao et omnis multitudo ei ait dns ds.

Et factus ē sermo dni ad me dicens. fili hominis. .lxxiii.
loquere ad filios populi tui. et dices ad eos. Terra cui inducto
super eam gladium. et tulerit populus terre virum unum de nouis
simis suis. et constituerit eum super se speculatorem. et ille vi
derit gladium venientem super terram. et cecinerit buccina et
nuntiaverit populo. audiens autem quisquis ille ē sonum bu
cine et observaverit. venerit; gladius et tulerit eum. san
guis ipsius super caput ipsius erit. Sonum bucine audivit
et si se observaverit. sanguis eius in ipso erit. Si autem se
custodierit. animam suam salvavit. Qd si speculator vi
derit gladium venientem. et si insonuerit buccina et popu
lus se non custodierit. venerit; gladius. et tulerit de eis animam.
ille quidem in iniquitate sua captus ē. sanguinem autem
eius de manu speculatoris requiram. Et tu fili hominis.
speculatorem dedi te domui isr. Audiens ex ore meo
sermonem. annuntiabis eis ex me. Si me dicente ad
impium. impie morte morieris. si fueris locutus ut
se custodiat impius a via sua. ipse impius in iniquitate sua
morietur. sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si
autem annuntiante te ad impium ut a via sua convertatur

⁊ si fuerit ꝺ̄ulsus a uia sua: ipse in iniquitate sua mo
rietur. porro tu animam tuam liberasti. Tu ḡ fili ho
minis: dic ad domum isr̄l. Sic locuti estis dicentes. In
iquitates nr̄æ ⁊ peccata nr̄a super nos sunt: ⁊ in ipsis nos ta
bescimus. Quom̄o ḡ uiuere poterimus? .lxxv.
Dic ad eos. Viuo ego dicit dñs ds̄. nolo mortē ipius: s̄;
ut reuertatur impius a uia sua ⁊ uiuat. Conuertimini
a uiis uestris pessimis. Et quare morieminī domus isr̄l?
Tu ergo fili hominis: dic ad filios pp̄li tui. Justicia iu
sti liberabit eum in quacunq; die peccauerit: ⁊ impietas i
pius non nocebit ei. in quacunq; die conuersus fuerit ab impie
tate sua. Et iustus si potuerit uiuere in iustitia sua: in qua
cunq; die peccauerit. Etiam si dixero iusto qd̄ uita uiuet.
⁊ ipse confidens in iustitia sua fecerit iniquitatem. omnes iustitie
ei obliuioni tradent: ⁊ in iniquitate sua quam operatus est
in ipsa morietur. Si autem dixero impio morte morieris.
⁊ egerit penitentiam a peccato suo. feceritq; iudicium ⁊ iustitiam.
pignus restituerit ille impius. rapinamq; reddiderit: in man
datis uite ambulauerit. nec fecerit quicquam iniustum.
uita uiuet ⁊ non morietur. Omnia peccata eius que peccauit
non imputabuntur ei. iudicium ⁊ iustitiam fecit: uita uiuet.
Et dixerunt filii pp̄li tui. Non est equ .lxxvi.
pondens uia dñi. ⁊ ipsorum uia inequalis est. Cum enim re
cesserit iustus a iustitia sua. fecerit; iniquitates: mor
ietur in eis. Et cum recesserit impius ab impietate sua
fecerit; iudicium ⁊ iustitiam: uiuet in eis. Et dicetis.
Non est recta uia dñi. Vnumquemq; uestrum uias suas
iudicabo de uobis dom̄us isr̄l. Et factum est in
xii. anno
in. xii. mense. in quinta mensis transmigrationis nr̄æ: ue
nit ad me qui fugerat de hierusalem dicens. Vastata est ciui
tas. Manus autem dñi facta fuerat ad me uespere. anteqū
ueniret qui fugerat: aperuitq; os meum donec ueniret
ad me mane. aperto ore meo non silui amplius. .lxxvii.
Et factum est uerbum dñi ad me dicens. Fili hominis qui
habitant in ruinosis supra humum isr̄l: loquentes
aiunt. Vnus erat abraham. ⁊ hereditate possedit ter
ram: nos autem multi. nobis data est terra in possessionem.
Idcirco dices ad eos. Hec dicit dñs ds̄. Qui in sanguine
comeditis. ⁊ oculos uestros leuastis ad immunditias uestras ⁊
sanguinem fundistis. numquid terram hereditate possi
debitis. Stetistis in gladiis uestris. fecistis abhominatio
nes: ⁊ unusquisq; uxorem proximi sui polluit. ⁊ terram he
reditate possidebitis? Hec dices ad eos. Sic dicit dñs
ds̄. Viuo ego quia qui in ruinosis habitant gladio cadent.
⁊ qui in agro est bestiis tradet ad deuorandū. qui aut
in propugnaculis ⁊ in speluncis sunt peste morientur. ⁊ dabo ter
ram in solitudinem ⁊ desertum ⁊ defluet superba fortitu
do eius. ⁊ desolabuntur montes isr̄l. eo qd̄ nullus sit qui
per eos transeat. Et scient quia ego dñs cum dedero terram
eorum desolatam ⁊ desertam: propter uniuersas abhomina
tiones suas quas operati sunt. .lxxviii.
Et tu fili hominis filii pp̄li tui qui loquuntur de te
iuxta muros ⁊ in ostiis domorum: ⁊ dicunt unus ad al
terum. uenite ⁊ audiamus quis sit sermo egrediens a dño. Et uenie
unt ad te quasi ingrediatur populus. ⁊ sedent coram te pp̄lus
meus: ⁊ audiunt sermones tuos ⁊ non faciunt eos. quia
in canticum oris sui uertunt illos. ⁊ auaritiam suam
sequuntur cor eorum. ⁊ es eis qui carmen musicum. qui suauem
dulcique sono cantat. ⁊ audiunt uerba tua ⁊ non faciunt
ea. Et cum uenerit quod predictum est. ecce enim uenit: ⁊ non
scient quia propheta fuerit inter eos. .lxxix.
Et factum est uerbum dñi ad me dicens. Fili hominis

pphā de pastoribus isr̄l. pphā: ⁊ dices pastoribus. hec dicit
dñs ds̄. Ve pastoribus isr̄l: qui pascebant semetipsos.
Nonne greges pascuntur a pastoribus? Lac comedebatis
⁊ lanis operiebamini. ⁊ quod crassum erat occidebatis: gre
gem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit non
consolidastis: ⁊ quod egrotum non sanastis. Quod fractum est non
alligastis. ⁊ quod abiectum est non reduxistis. ⁊ quod perierat non
quesistis: s̄; cum austeritate imperabatis eis ⁊ cum potentia.
⁊ dispersi sunt oues mee. eo quod non esset pastor. ⁊ facte sunt in
deuorationem omnium bestiarum agri ⁊ dispersi sunt. Er
rauerunt greges mei in cunctis montibus ⁊ in uniuerso col
le excelso ⁊ super omnem faciem terre dispersi sunt greges mei. ⁊
non erat qui requireret. non erat omnino qui requireret.
Propterea pastores audite uerbum dñi. Viuo ego dicit dñs
ds̄. eo quod facte sunt greges mei in rapinam. ⁊ oues mee
in deuorationem. omnium bestiarum agri. eo quod non esset pa
stor. neque enim quesierunt pastores gregem meum: s̄; pa
scebant pastores semetipsos. ⁊ greges meos non pascebant: propter
ea pastores audite uerbum dñi. Hec dicit dñs ds̄. Ecce ego
ipse super pastores requiram greges meum de manu eorum. ⁊
cessare faciam ut ultra non pascant gregem. nec pascant ampli
pastores semetipsos. ⁊ liberabo gregem meum de ore eorum. ⁊
non erunt ultra eis in escam: quia hec dicit dñs ds̄. .lxxx.
Ecce ego ipse requiram oues meas. ⁊ uisitabo eas sicut
uisitat pastor greges suum in die quando fuerit in medio ouium
suarum dissipatarum. sic uisitabo oues meas. ⁊ liberabo
eas de omnibus locis in quibus dispersi fuerant in die nubis
⁊ caliginis. ⁊ educam eas de populis. ⁊ congregabo eas de ter
ris. ⁊ inducam eas in terram suam. ⁊ pascam eas in montibus isr̄l.
in rupibus ⁊ in cunctis sedibus terre. in pascuis uberrimis pasce
as eas. ⁊ in montibus excelsis isr̄l erunt pascue earum. Ibi re
quiescent in herbis uirentibus ⁊ in pascuis pinguibus pas
centur super montes isr̄l. Ego pascam oues meas. ⁊ ego eas
accubare faciam dicit dñs ds̄. Qd̄ perierit requiram. ⁊
qd̄ abiectum erit reducam. ⁊ qd̄ confractum fuerit alli
gabo. ⁊ qd̄ infirmum fuerit consolidabo ⁊ qd̄ pingue ⁊ for
te custodiam. ⁊ pascam illas in iudicio. Vos autem greges
mei: hec dicit dñs ds̄. Ecce ego iudico inter pecus ⁊ pecus.
arietum ⁊ hircorum. Nonne satis uobis erat pascua bona
depasci. nisi reliquas pascuarum uestrarum conculcastis pe
dibus uestris? Et cum purissimam aquam biberetis. reliquam
pedibus uestris turbabatis. ⁊ oues mee his que conculcata pedi
bus uestris fuerant pascebantur? ⁊ que pedes uestri turbaue
rant hec bibebant. Propterea hec dicit dñs ds̄ ad uos. .lxxxi.
Ecce ego ipse iudico inter pecus pingue ⁊ macilentum. p
eo quod lateribus ⁊ humeris impinguebatis. ⁊ cornibus uestris
uentilabatis omnia infirma pecora donec dispergerentur
foras. saluabo gregem meum ⁊ non erit ultra in rapinam.
⁊ iudicabo inter pecus ⁊ pecus. ⁊ suscitabo super eas pastorem
unum qui pascat eas seruum meum dauid. Ipse pascet
eas. ⁊ ipse erit eis in pastorem. ego autem dñs ero eis in dm.
⁊ seruus meus dauid princeps in medio eorum. ego dñs locu
tus sum. Et feriam cum eis pactum pacis. ⁊ cessare faciam
bestias pessimas de terra. ⁊ qui habitant in deserto secure
dormient. in saltibus. ⁊ ponam eos in circuitu colli mei
benedictionem. ⁊ deducam imbrem in tempore suo. plu
uie benedictionis erunt. ⁊ dabit lignum agri fructum su
um. ⁊ terra dabit germen suum. ⁊ erunt in terra sua absq;
timore. ⁊ scient quia ego dñs. cum contriuero catenas iugi
orum eorum. ⁊ eruero eos de manu inpantium sibi. ⁊ non erunt
ultra in rapinam gentibus. neq; bestie terre deuorabunt
eos. s̄; habitabunt confidenter absq; ullo terrore. ⁊ suscita
bo eis germen nominatum. ⁊ non erunt ultra consumpti fame in

tia. neqz portabunt amplꝰ obybria gentium. ꝛ scient qz ego dñs dꝰ eoz cū eis. ꝛ ipi pplꝰ meus domꝰ isrl aut dñs dꝰ. Vos autē gregel mei. gregel pascue mee. homines estis. ꝛ ego dñs deus vꝝ. dicit dñs dꝰ.

·bxxxiv·

Et fꝰ ē sermo dñi ad me dicens. fili hominis pone faciem tuam adꝝsus montem seyr. ꝛ pphabis de eo. ꝛ dices illi. Hec dicit dñs dꝰ. Ecce ego ad te mons seyr. ꝛ extendā manum meam sup te. ꝛ dabo te desolatum atqz desertum. Vrbes tuas demoliar. ꝛ tu deserꝫ eris. ꝛ scies qz ego dñs. eo qꝺ fuisti inimicus semp̄iternus. ꝛ deduxeris filios isrl in manꝰ gladii. in tempe afflictionis eoz. in tempe iniquitatis extreme. ꝓpterea viuo ego dicit dñs dꝰ qm̄ sanguini tradam te. et sanguis te persequet̄. ꝛ cum sanguine oderis sanguis te persequet̄. Et dabo montem seyr desolatum ꝛ desertum. ꝛ auferam de eo euntem ꝛ redeuntē. ꝛ implebo montes eius occisoꝝ suoꝝ. in collibꝫ tuis. ꝛ in uallibꝫ tuis. atqz in torrentibꝫ infirmi gladio cadent. In solitudines sempiternas dabo te. ꝛ ciuitates tue si habitabunt̄. ꝛ scies qm̄ ego dñs dꝰ. eo qꝺ dixeris due gentes. ꝛ due terre mee erunt. ꝛ hereditate possidebo eas. cum dñs ibi ēet. ꝓpterea viuo ego dicit dñs dꝰ. qz faciam iuxta iram tuam. ꝛ secundum zelum tuum qm̄ fecisti odio habens eos. ꝛ notus efficiar ꝑ eos cum te iudicauero. ꝛ scies qz ego dñs. audiui omnem obybria tua. que locutus es de montibꝫ isrl dicens. deserti nobis dati sunt ad deuorandum. Et insurrexisti sup me ore uestro detrogasti aduersum me. verba tua ego audiui. Hec dicit dñs dꝰ. Letante uniuersa terra in solitudine te redigam. sicut gauisus es sup hereditatem domꝰ isrl eo qꝺ fuerit dissipata. sic faciam tibi. Desolatus eris mons seyr. ꝛ ydume a omnis. ꝛ scient quia ego dñs.

·bxxxv·

Tu autem fili hominis pphetha sup montes isrl. ꝛ dices. Montes isrl audite uerbum dñi. Hec dicit dñs dꝰ. Eo qꝺ dixerit inimicꝰ de uob̄ euge alitudines sempiterne in hereditatem date sunt uobis. ꝓpterea uaticinare ꝛ dic. Hec dicit dñs dꝰ. ꝓ eo qꝺ desolati estis. ꝛ conculcati ꝑ circuitū. ꝛ fuistis in hereditatem reliquis gentibꝫ. ꝛ ascendistis sup labium linguē ꝛ opprobrium pplꝰ. ꝓpterea montes isrl audite uerbum dñi dei. Hec dicit dñs dꝰ montibꝫ ꝛ collibꝫ torrentibꝫ uallibꝫ q; ꝛ deserti parietinis ꝛ urbibꝫ derelictis. que depopulate sunt ꝛ subsannate a reliquis gentibꝫ ꝑ circuitum. ꝓpterea hec dicit dñs dꝰ. Qm̄ in igne zeli mei locutus sum de reliquis gentibꝫ. ꝛ de ydumea uniuersa. qui dederunt terram meam sibi in hereditatem cū gaudio. ꝛ toto corde ꝛ ex animo. ꝛ eiecerunt eam ut uastarent. ideo uaticinare sup humū isrl. ꝛ dices montibꝫ ꝛ collibꝫ uallibꝫ. Hec dicit dñs dꝰ. Ecce ego

·bxxxvi·

in zelo meo ꝛ in furore meo locutus sum. eo qꝺ confusionē gentium sustinueritis. ideo hec dicit dñs dꝰ. Ego leuaui manū meam. ut gentes que in circuitu uō sunt ipe confusionem suam portent. uos autē montes isrl ramos uros germinetis. ꝛ fructū uꝝm afferatis pplo meo isrl. Prope ē enim ut ueniat. qz ecce ego ad uos. ꝛ conuertar ad uos. ꝛ arabimini. ꝛ accipietis sementē. ꝛ multiplicabo in uobis homines. omnemqz domū isrl. ꝛ habitabunt̄ ciuitates. ꝛ uinosa instaurabunt̄. ꝛ replebo uos hominibꝫ ꝛ iumentis. ꝛ multiplicabuntur ꝛ crescent. ꝛ habitare uos faciam sicut a principio. bonisqz domabo maioribꝫ q̄m habuistis ab initio. ꝛ scietis qz ego dñs. Et adducam sup uos homines pplm meum isrl. ꝛ hereditate possidebunt te. ꝛ eris eis in hereditatē. ꝛ nō addes ultra ut absqz eis liberes. Hec dicit dñs dꝰ. ꝓ eo qꝺ dicunt de uobis. deuoratrix hominum es. ꝛ sustollens

gentem tuam. ꝛ ppterea homines non comedes amplius. ꝛ gentem tuam ꝛ necabis ultra ait dñs dꝰ. nec auditam faciam in te amplius confusionem gentium. ꝛ obybrium pploꝝ neqz q̄m portabis. ꝛ gentem tuam ꝛ amittes amplius ait dñs dꝰ.

Et fꝰ ē verbum dñi ad me dicens. fili

·bxxxv·

hominis domꝰ isrl habitauerunt in domo sua. ꝛ polluerunt eam in uiis suis. ꝛ in studiis suis uxora immunditiā menstruate fuit ē tua coram me. ꝛ effudi indignationē meam sup eos ꝓ sanguine quem fuderunt sup terram. ꝛ in ydolis suis polluerunt eam. ꝛ dispersi eos in gentes. ꝛ uentilata sunt in terris. uxta uias eoz. ꝛ adinuentiones iudicaui eos. Et ingressi sunt ad gentes ad quas intrauerunt. ꝛ polluerunt nomen scm meum cū dicerent de eis. pplꝰ dñi iste ē. ꝛ de terra eius egressi sunt. ꝛ pepci nomini meo scō qꝺ polluebat domꝰ isrl in gentibꝫ ad quas ingressi sunt. Ideo dices domui isrl. Hec dicit dñs dꝰ.

·bxxxvi·

Non ꝓpter uos ego faciam domꝰ isrl. sꝫ ꝓ nomine scō meo qꝺ pollustis in gentibꝫ ad quas intrastis. ꝛ sanctificabo nomen meum magnū qꝺ pollutum ē inter gentes. qꝺ polluistis in medio earū. ut sciant gentes qz ego dñs aut dñs ēcituū. cū sanctificat̄ fuero in uobis coram eis.

·bxxxvii·

Tollam quippe uos de gentibꝫ. ꝛ congregabo de uniuersis terris. ꝛ adducam uos in terram uestram. ꝛ effundam sup uos aquam mundam. ꝛ mundabimini ab omnibꝫ inquinamentis uestris. ꝛ ab uniuersis ydolis uestris mundabo uos. Et dabo uobis cor nouum. ꝛ spm nouum ponam in medio uestri. Et auferam cor lapideum de carne uestra. ꝛ dabo uobis cor carneum. ꝛ spm meum ponam in medio uestri. ꝛ faciam ut in pceptis meis ambuletis. ꝛ iudicia mea custodiatis. ꝛ operemini. ꝛ habitabitis in terra q̄m dedi patribus uestris. ꝛ eritis mihi in pplm. ꝛ ego ero uobis in dñm. Et saluabo uos ex uniuersis inquinamentis uestris. ꝛ uocabo frumentū ꝛ multiplicabo illud. ꝛ nō imponam uobis famē. Et multiplicabo fructum ligni. ꝛ germina agri. ut nō portetis ultra opprobrium famis in gentibꝫ. ꝛ recordabimini uiarum uestrarum pessimarū. studiorumqz nō bonorum. ꝛ displicebunt uobis iniquitates uestre ꝛ sceleta uestra. non ꝓpter uos ego faciam ait dñs dꝰ.

·bxxxviii·

Notum sit uobis domus isrl uestris uiis domꝰ isrl. Hec dicit dñs dꝰ. In die qua mundabo uos ex omnibꝫ iniquitatibus uestris. ꝛ habitare faciam urbes. ꝛ instaurauero uinosa. ꝛ terra deserta fuit exculta. q̄ quondam erat desolata in oculis omnis uiatoris dicent. Terra illa inculta facta ē ut ortus uoluptatis. ꝛ ciuitates deserte ꝛ destructe atqz suffosse munite sederunt. ꝛ scient gentes quecunqz derelicte fuerint in circuitu uestro. qz ego dñs edificaui dissipata. plantauiqz inculta. ego dñs locutus sum ꝛ fecerim.

·bxxxix·

Hec dicit dñs dꝰ. Adhuc in hoc inuenient me domus isrl. ut faciam eis. Multiplicabo eos sic gregem hominū ut gregem sanctum. ut gregem iherim in sollempnitatibus eius. Sic erunt ciuitates deserte pleneqz gregibus hominum. ꝛ scient qz ego dominus.

·bxxxx·

Facta ē sup me manꝰ dñi. ꝛ eduxit me in spū dñi. ꝛ demisit me in medio campi qui erat plenus ossibus. ꝛ circumduxit me ꝑ eas in gyro. Et ecce erant multa ualde sup faciem campi. siccaqz uehementer. Et dixit ad me. fili hominis putasne reuiuent ossa ista. Et dixi. Dñe dꝰ tu nosti. Et dixit ad me. Vaticinare de ossibus istis. ꝛ dices eis. Ossa arida audite uerbum dñi. Hec dicit dñs dꝰ ossibus his. Ecce ego intromittam in uos spm ꝛ uiuetis. ꝛ dabo sup uos neruos. ꝛ succrescere faciam sup uos carnes. ꝛ superextendam in uobis cutem

⁊dalo uobis ſpm ⁊uiuetis⁊ sietis q̄ ego dñs. Et ꝓphauiſicut ꝓcepat mi. factus ē autem sonꝰ ꝓphante me⁊ ecce cmotio. Et accesserunt ossa ad ossa⁊ unumq̄q̄ ad iunctuam suam. Et uidi⁊ ecce sup ea nerui⁊ carnes ascenderunt⁊ extensa est in eis cutis desup⁊ spm nō habebant. Et dixit ad me. Vaticinare ad spm. uaticinare fili hominis⁊ dices ad spm. Hec dicit dñs ds. A quatuor uentis ueni spe⁊ insuffla sup interfectos istos⁊ reuiuiscant. Et ꝓphaui sicut ꝓcepat mihi. Et ingressus ē in eos spes⁊ uixerunt. steterunt sup pedes suos⁊ exercitus grandis nimis ualde. Et dixit ad me. fili hominis⁊ ossa hec uniuersa domus istius ē. Ipsi dicunt. Aruerunt ossa nra⁊ periit spes nra⁊ abscisi sumꝰ. Propterea uaticinare⁊ dices ad eos. hec dicit dñs ds. Ecce ego apiam tumulos uros⁊ educam uos de sepulchris uris pls meus⁊ inducam uos in tram istius⁊ scietis q̄ ego dñs cum aperuero sepulchra ura⁊ eduxero uos de tumulis uris pls meus⁊ dedero spm meum in uobis⁊ uiuetis⁊ requiescere uos faciam sup humum uram⁊ scietis q̄ ego dñs locutꝰ sum⁊ feci ait dñs ds.

Et factus est sermo dñi ad me dicens. Et tu fili hominis sume tibi lignum unum⁊ scribe sup illud inde⁊ filiorum israel socii eius⁊ tolle lignum alterum et scribe sup illud ioseph. lignum ephraim⁊ omnis domus israel socios eius⁊ adiunge illa unum ad alterum⁊ tibi in lignum unum⁊ erunt in unionem in manu tua. Cum autem dixerint ad te filii populi tui loquentes⁊ nonne indicabis nobis quid in his tibi uelis? loquere ad eos. Hec dicit dñs ds. Ecce ego assumam lignum ioseph qd̄ ē in manu ephraim⁊ tribus israel que unite sunt et dabo eas cum ligno iuda⁊ faciam eas in lignum unum⁊ erunt unum in manu mea. Erunt autē ligna sup que scripseris in manu tua in oculis eorum⁊ dices ad eos. Hec dicit dñs ds. Ecce ego assumam filios israel de mediis nationum ad quas abierunt⁊ congregabo eos undique⁊ adducam eos ad humum suam⁊ faciam eos gentem unam in tra in montibus israel⁊ rex unus erit omnibus imperans⁊ non erunt ultra due gentes⁊ nec dividentur amplius in duo regna⁊ neq; polluent se ultra in idolis suis⁊ abhominationibus eorum⁊ in cunctis iniquitatibus suis. Et saluos eos faciam de uniuersis sedibus suis in quibus peccauerunt⁊ emundabo eos⁊ erunt mihi in populum⁊ ego ero eis dñs⁊ seruus meus dauid rex super eos⁊ pastor unus erit omnium eorum. In iudiciis meis ambulabunt⁊ mandata mea custodient⁊ facient ea⁊ habitabunt super tram quam dedi seruo meo iacob in qua habitauerunt patres uri⁊ habitabunt super eam ipsi⁊ filii eorum⁊ filii filiorum eorum usq; in sempiternum⁊ dauid seruus meus princeps eorum in perpetuum. Et feriam illis fedus pacis. pactum sempiternum erit eis⁊ fundabo eos⁊ multiplicabo⁊ dabo sanctificationem meam in medio eorum in perpetuum. Et erit tabernaculum meum in eis⁊ ero eis dñs⁊ ipsi erunt mihi in populum⁊ scient gentes q̄ ego dñs sanctificans israel⁊ erit sanctificatio mea in medio eorum in perpetuum. xxxvii.

Et factus est sermo dñi ad me dicens. fili hominis pone faciem tuam contra gog⁊ terram magog. principem capitis mosoch⁊ thubal⁊ curabagam te⁊ uaticinare de eo⁊ dices ad eum. Hec dicit dñs ds. Ecce ego ad te gog. principem capitis mosoch⁊ thubal⁊ curabagam te⁊ ponam frenum in maxillis tuis⁊ educam te⁊ omnem exercitum tuum. equos⁊ equites uestitos lorica⁊ omnes⁊ multitudinem magnam. hastam⁊ clipeum arripientium⁊ gladium. pse⁊ etiopes⁊ libies cum eis. omnes scutum⁊ galeam. gomer⁊ omnes turmas eius. domus thogorma latera aquilonis⁊ totum robur eius. populosq; multos tecum. Prepara⁊ instrue te

⁊omnem multitudinem tuam que congregata ē ad te⁊ esto eis in preparatum. Post dies multos uisitaberis⁊ in nouissimo annorum uenies ad tram que reuersa est a gladio. congregata ē de populis multis ad montes israel qui fuerunt desert⁊ iugiter. Hec de populis educta ē⁊ habitauerunt in ea confidenter uniuersi. Ascendens autē equitatus tempestas uenies⁊ quasi nubes ut operias tram tu⁊ omnes turme tue⁊ populi multi tecum. Hec dicit dñs ds. In die illa ascendent sermones super cor tuum⁊ cogitabis cogitationem pessimam⁊ dices. Ascendam ad tram absq; muro uenturam ad quiescentes habitantes sine muro. uectes⁊ porte non sunt eis ut diripiat spolia⁊ auferat manum tuam super eos⁊ que deserta fuerant⁊ postea restituta⁊ super populum qui congregatus ex gentibus que possidere cepit⁊ ē habitator umbilici tre. Seba⁊ dedan⁊ negotiatores tharsis. omnes⁊ leones eius dicent tibi. Numquid ad sumenda spolia tu uenis? Ecce ad diripiendam prdam congregasti multitudinem tuam ut tollat argentum⁊ aurum⁊ auferat supellectilem atq; substantiam⁊ diripiat manubias infinitas. Propterea uaticinare fili hominis⁊ dices ad gog. Hec dicit dñs ds. Nunquid non in die illo cum habitaueris populus meus israel confidenter sciet⁊ uenies de loco tuo a lateribus aquilonis tu⁊ populi multi tecum. Ascensores equorum uniuersi. cetus magnus⁊ exercitus uehemens⁊ ascendens super populum meum israel quasi nubes ut operias tram. In nouissimis diebus erit⁊ adducam te super tram meam. ut sciant gentes me eum sanctificatus fuero in te in oculis eorum o gog. Hec dicit dñs ds. Tu ergo ille es de quo locutus sum in diebus antiquis. in manu seruorum meorum prophetarum israel qui prophetauerunt in diebus illorum temporum⁊ ut adducerem te super eos. Et erit in die illa in die aduentus gog super tram israel ait dñs ds. ascendet indignatio mea in furore meo⁊ in zelo meo. in igne ire mee locutus sum⁊ q̄ in die illa erit motus magnus super tram israel⁊ commouebuntur a facie mea. pisces maris⁊ uolucres celi⁊ bestie agri⁊ omne reptile qd̄ mouetur super humum. cunctique homines qui sunt super faciem tre⁊ subuertentur montes⁊ cadent rupes⁊ omnis murus in tram corruet⁊ conuocabo aduersum eum in cunctis montibus meis gladium ait dñs ds. Gladius uniuscuiusq; in fratrem suum dirigetur⁊ iudicabo eum peste⁊ sanguine⁊ imbre uehementi⁊ lapidibus grandinis. Ignem⁊ sulphur pluam super eum⁊ super exercitum eius⁊ super populos multos qui sunt cum eo⁊ magnificabor⁊ sanctificabor⁊ notus ero in oculis gentium multarum⁊ scient q̄ ego dñs. Tu autem fili hominis⁊ uaticinare aduersum gog⁊ dices. Hec dicit dñs ds. Ecce ego super te gog principem capitis mosoch⁊ thubal⁊ circumagam te⁊ reducam te⁊ ascendere faciam de lateribus aquilonis⁊ adducam te super montes israel⁊ percutiam arcum tuum in manu sinistra tua⁊ sagittas tuas de manu dextera tua deiciam. Super montes israel cades⁊ tu⁊ omnes turme tue⁊ populi qui sunt tecum. ferę auibus omni q̄ uolatili⁊ bestiis tre dedi te devorandum. super faciem agri cades. q̄ ego locutus sum ait dñs ds. Et emittam ignem in magog⁊ in his qui habitant in insulis confidenter⁊ scient q̄ ego dñs. Et nomen sanctum meum notum faciam in medio populi mei israel⁊ non polluam nomen sanctum meum amplius⁊ scient gentes q̄ ego dñs sanctus israel. Ecce uenit⁊ factum est ait dñs ds. Hec est dies de qua locutus sum. Et egredientur habitatores ciuitatibus israel⁊ succendent⁊ roborabunt arma. clipeum⁊ hastas⁊ arcum⁊ sagittas. et baculos manus⁊ contos⁊ succendent ea igne septem annis⁊ non portabunt ligna de regionibus neq; succident de saltibus quoniam arma succendent igne⁊ despoliabunt eos quibus prede fuerant⁊ diripient uastatores suos ait dñs ds. Et erit in die illa dabo gog locum nominatum. se-

pulchrum in circuitu. uallem uiator̄ ad orientem ma-
ris. que obstupescere facit p̄ceuntes. & sepelient ibi
gog & omnem multitudinē ei⁹. & uocabit̄ uallis multi-
tudinis gog. & sepelient eos domus israel. ut mundent
terram septē mensibus. sepelient autē eos omnis pp̄l⁹ ter-
re. Et erit eis nomināta dies. in qua glorificab̄ sum ait
dñs ds. Et uiros ut̄ gē⁹ constituent lustrantes terram. q̄
sepeliant & requirant eos qui remanserant sup faciē
terre ut emundent eam. Post mēses autē septem quere-
re incipient. & circuibunt pagrantes terram. Cumq;
uiderint os hominis. statuent uex̄ illud titulū. donec
sepeliant illud pollinctores. in ualle multitudinis gog.
Nomen autē ciuitatis āmona & mundabit̄ terram. xxxix.
Tu q̄ fili hominis hec dicit dñs ds. dic omni uolucri
& uniuersis auibus cuncteq; bestiis agri. Conuenite ppera-
te. & concurrite undiq; ad uictimā meam q̄m ego immolo
uobis. uictimā grandem sup montes israel. ut comedatis
carnes & bibatis sanguinē. Carnes fortium comedetis.
& sanguinē p̄ncipum bibetis arietum agnorum & hircor̄
taurorumq; altilium & pinguium omnium. & comedetis
adipem in saturitatem & bibetis sanguinem in ebrietatē
de uictima q̄m ego immolabo uobis. & saturabimini sup
mensam meā de equo & de equite fortis & de uniuersis uiris
bellatoribus ait dñs ds. Et ponam gloriam meam in gen-
tibus. & uidebunt omnes gentes iudicium meum q̄d fe-
cerim. & manū meam q̄m posuerim sup eos. & scient
domū israel q⁹ ego dñs ds eor̄ a die illa & deinceps. & scient
gentes q̄m in iniquitate sua capta sit domus israel. eo q̄d
dereliquerint me. & absconderim faciem meam ab
eis. & tradiderim eos in manū hostium. & ceciderunt
in gladio uniuersi. Juxta immunditiā eor̄ & scelus feci eis.
& abscondi faciem meam ab illis. Propt̄ea hec dicit
dñs ds. Nunc reducam captiuitatē iacob. & miser-
ebor domui israel. & zelum p nomine meo.
portabunt confusionē suam. & omnem p̄uaricationem
q̄m p̄uaricati sunt in me. cum habitarent in terra sua
confidenter. nemine formidante. & reduxero eos de pp̄lis.
& congregauero de terris inimicor̄ suor̄. & sanctificat⁹ fuero in eis in
oculis gentium plurimarum. & scient q⁹ ego dñs ds eor̄. eo
q̄d transtulerim eos in nationes. & congregauero eos sup terā
suam. & non dereliquerim quemq̄m ex eis ibi. Et non abscon-
dam ultra faciem meam ab eis. eo q̄d effuderim spīm me-
um sup omnem domū israel. ait dñs ds. xxv.
xl. In decimo & quinto anno transmigrationis nre. in ex-
ordio anni decima mensis. q̄ro decimo anno postq̄m
percussa est ciuitas. in ipsa hac die facta est sup me manus dñi
& adduxit me illuc in uisionibus dei. & adduxit me in
terram israel. & dimisit me sup montē excelsum nimis.
sup quem erat q⁹si edificium ciuitatis contra austrum. & adu-
xit me illuc. & ecce uir erat aspectus q⁹si aspectus
eris. & funiculus lineus in manu eius. & calamus mensure
in manu eius. Stabat autē in porta. & locut⁹ est ad me dicēs
mihi. fili hominis uide oculis tuis. & auribus tuis audi.
pone cor tuum in omnia que ego ostendam tibi. q⁹ ut ostē-
dam tibi adductus es huc. Annuntia omnia que tu ui-
des domui israel. Et ecce murus foris esset in circuitu
domus undiq;. & in manu uiri calamus mensure sex cu-
bitor̄ & palmo. Et mensus est latitudinem edificii cala-
mo uno. altitudinem q⁹ calamo uno. & uenit ad por-
tam que respiciebat uiam orientalem. & ascendit p
gradus eius. & mensus est limen porte calamo uno. in lati-
tudine id est limen unum calamo uno in latitudinem.
& thalamum uno calamo in longum. & uno calamo
in latum. & inter thalamos quinq; cubitos. Et limen por-
te iuxta uestibulum porte intrinsecus calamo uno. & mē-
sus est uestibulum porte octo cubitor̄. & frontes eius duor̄
cubitor̄. uestibulum autē porte erat intrinsecus. porro
thalami porte ad uiam orientalem tres hinc & tres inde.
Mensura una trium. & mensura una frontis ex utra-
que parte. Et mensus est latitudinem luminis porte. x. cu-
bitor̄. & longitudinem porte tredecim cubitor̄. & margi-
nem ante thalamos cubitus unus. & cubitus unus finis u-
triusq; thalami autē sex cubitor̄ erant hinc & inde. Et
mensus est portam a tecto thalami usq; ad tectum eius. latitu-
dinem uiginti quinq; cubitor̄. ostium contra ostium.
Et fecit frontes per sexaginta cubitos. & fronte atrium por-
te undiq; per circuitum. & ante faciem porte que prin-
gebat usq; ad faciem uestibuli porte intrinsecus quinquagin-
ta cubitos. & fenestras obliquas in thalamis. & in fronti-
bus eor̄ qui erant intra portam undiq; per circuitum.
Similit autē erant & in uestibulis fenestre per gyrum
intrinsecus. & ante frontes pictura palmarum celata. Et
eduxit me ad atrium exterius. & ecce gazophilatia & pau-
mentum stratum lapide in atrio per circuitum. Tri-
ginta gazophilatia in circuitu pauimenti & pauimen-
tum in fronte portar̄ secundum longitudinem portarum
erat inferius. Et mensus est latitudinem a facie porte in-
feriorus usq; ad frontem atrii interioris exterius centum
cubitos ad orientem & ad aquilonem. Portam q̄que
respiciebat uiam aquilonis atrii exterioris mensus est
tam in longitudine q̄m in latitudine. & thalamos eius
tres hinc & tres inde. & frontem eius & uestibulum eius secun-
dum mensuram porte priores quinquaginta cubitor̄ longitudi-
nem eius. & latitudinem uiginti quinq; cubitor̄. fenestre
autem eius & uestibulum & scalpture. secundum mensuram por-
te que respiciebat ad orientem. Et septem graduum
erat ascensus eius. & uestibulum ante eam. Et porta atrii interio-
ris contra portam aquilonis & orientalem. Et mensus est
a porta usq; ad portam. centum cubitos. Et eduxit me ad
uiam australem. & ecce porta que respiciebat ad austrum.
et mensus est frontem eius & uestibulum eius iuxta mensuras
supiores. & fenestras eius & uestibula in circuitu sicut fene-
stras ceteras quinquaginta cubitor̄ longitudinem & latitu-
dinem uiginti quinq; cubitor̄. & in gradibus vii. ascen-
debat ad eam. Et uestibulum ante foras eius. & palme
erant una hinc & alia inde in fronte eius. & porta a-
trii interioris in uia australi. Et mensus est a porta usq;
ad portam in uia australi. centum cubitos. Et introduxit
me in atrium interius ad portam australem. & mensus est
portam iuxta mensuras supiores. thalamum eius & fron-
tem eius eisdem mensuris. & fenestras eius & uestibulum
eius in circuitu. quinquaginta cubitos longitudinis. &
latitudinis. xxv. cubitos. Et uestibulum per gyrum.
longitudinem. xxv. cubitor̄. & latitudinem quinq;
cubitor̄. & uestibulum eius ad atrium exterius. & palmas
eius in fronte. & octo gradus erant quibus ascendebatur
per eam. Et introduxit me in atrium interius per uiam
orientalem. & mensus est portam secundum mensuras supi-
ores. thalamum eius & frontem eius & uestibula eius sic sup.
& fenestras eius & uestibula eius in circuitu. longitudinem
.l. cubitor̄. & latitudinem .xxv. cubitor̄. & uestibuli
eius id est atrii interioris. & palme celate in fronte eius hinc
& inde. & in octo gradibus ascensus eius. Et introduxit me
ad portam que respiciebat ad aquilonem. & mensus est
secundum mensuras supiores. & thalamum eius & frontem eius & ue-
stibulum eius. & fenestras eius per circuitum. longitudinem

quinq̃ginta cubitoꝝ. ⁊ latitudinem .xxv. cubitoꝝ.
Et uestibulum ei⁹ respiciebat in atrium exteriꝰ⁊
celatura palmarum in fronte illi⁹ hinc⁊ inde. In
octo gradib⁹ ascensus ei⁹. ⁊ p singlã gazofilacia oſtiũ
in frontib⁹ portarũ⁊ ibi lauabant holocaustũ. Et
in uestibulo porte due mense hinc. ⁊ due mense
inde. ut īmolaret⁹ sup eas holocaustũ ⁊ p̃ peccto ⁊ p̃ de
licto. Et ad latus exteriꝰ qd̃ ascendit ad ostium porte
que ꝓspit ad aquilonem due mense. ⁊ ad latus altũ
ante uestibulũ porte due mense. q̃tuoꝝ mense hinc
⁊ .iiii. inde. p latã porte octo mense erant sup q̃s
īmolabant. Quatuoꝝ aut̃ mense ad holocaustum de
lapidib⁹ quadris extructe longitudine cubiti unĩ
⁊ dimidii⁊ latitudine cubiti unĩ⁊ dimidii⁊ alti
tudine cubiti unĩ⁊ sup quas ponant uasa in quib⁹
īmolatur holocaustum⁊ uictima⁊ labia earũ palmi
unĩ reflexa undiq; sed p circuitum. Sup mensas aut̃
carnes oblationis. Et exr̃ portam tutoꝝem gazofilacia
eorũ in atrio tutoꝝ. qd̃ erat in late porte respicientis
ad aquilonem. Et fatiem eoꝝ ꝓtra uiam australem una.
ex latere porte orientalis que respiciebat ad uiam aqui
lonis. Et dixit ad me. Hoc gazofilacium qd̃ respicit uiã
meridianam sacerdotum erit⁊ qui excubant in custodi
a templi. Porro gazofilacium qd̃ respicit ad uiam aqui
lonis sacerdotum erit⁊ qui excubant ad ministerium al
taris. Isti sunt filii sadoch qui accedunt de filiis leui
ad dñm⁊ ut ministrent ei. Et mensus ẽ atrium longi
tudine centum cubitoꝝ⁊ latitudine centũ cubitoꝝ ꝙ
quadrũ⁊ altare ante faciem templi. xcvi.
Et introduxit me in uestibulum templi⁊ mensus est
uestibulum quinq; cubitis hinc⁊ q̃inq; cubitis inde⁊
latitudinem porte trium cubitoꝝ hinc⁊ trium cubi
toꝝ inde. Longitudinem aut̃ uestibuli .xx. cubitoꝝ.
latitudinem aut̃ .xi. cubitoꝝ⁊ octo gradib⁹ ascende
batur ad eam⁊ columpne erant in frontib⁹ una hinc
⁊ alia inde. Et introduxit me in templum⁊ mensus ẽ
frontem ſex cubitos latitudinis hinc⁊ ſex cubitos alti
tudinis inde. latitudinem tabernaculi. Et latitudo por
te decem cubitoꝝ erat⁊ latera porte .v. cubitis hinc⁊
v. cubitis inde. Et mensus ẽ longitudine ei⁹ .xl. cubitoꝝ⁊
latitudine .xx. cubitoꝝ. Et introgressus intrinsec⁹ men
sus est in fronte porte duos cubitos⁊ portam decem
cubitoꝝ⁊ latitudinem porte .vii. cubitoꝝ. Et men
sus ẽ longitudinem ei⁹ .xx. cubitoꝝ⁊ latitudinem .xx.
cubitoꝝ ante faciem templi. Et dixit ad me. Hoc est
sanctũ sanctoꝝ. Et mensus ẽ parietem domus ſex cubitoꝝ⁊ la
titudinem lateris .iiii. cubitoꝝ undiq; p circuitum do
mus. Latera aut̃ latus ad latus bis triginta tria. Et e
rant eminentia que ingrederent̃ p parietem domus in
latib⁹ p circuitum⁊ ut obtinerent⁊ non attingent pare
tem templi. Et platea erat in rotundum. ascendens sur
sum p coclea. ⁊ in cenaculis templi deferebat p gyrũ⁊
ideo lati erat templum in superioribus⁊ sic de inferio
ribus ascendebat̃ ad superiora in medium. Et uidi in domo
altitudinem p circuitum fundata latera ad mensurã
calami ſex cubitoꝝ spatio⁊ latitudine p parietem late
ris foris sec̃. v. cubitoꝝ. Et uestibulum domus in latib⁹ dom̃
⁊ unde gazofilacia latitudinem .xx. cubitoꝝ in circuitu
domus undiq;⁊ ostium latus ad ostium unum
ad uiam aquilonis⁊ ostium unũ ad uiam australem.
⁊ latitudinem loci ad ostium .v. cubitoꝝ in circuitu.
Et edificium qd̃ erat separatum uersum q; ad uiam res
picientem ad mare⁊ latitudinis septuaginta cubitoꝝ.
Parietes autem edificii quinq; cubitoꝝ latitudinis p cir
cuitum⁊ longitudo eius nonaginta cubitoꝝ. Et mensus
ẽ domus longitudinem centũ cubitoꝝ⁊ qd̃ separatũ erat
edificio et parietes eius. longitudinis centũ cubitoꝝ. La
titudo autem ante faciem domus⁊ eius qd̃ erat separatum con
tra orientem⁊ centũ cubitoꝝ. Et mensus ẽ edificium longi
tudinem ex fatiem eius. qd̃ erat separatum ad dorsum eccle
sie ex utraq; parte centũ cubitoꝝ. Et templũ intimũ⁊
uestibula atrii. lumina⁊ fenestras obliquas ecclesie in
circuitu p tres partes contra unicuiq; lumen⁊ stratumq;
ligneum p gyrum in circuitu. Terra aut̃ usq; ad fenestras.
⁊ fenestre clause sup ostia⁊ usq; ad domũ intioꝝem. Et
foris sec̃ p omnem parietem in circuitu intrinsec⁹⁊ fo
ris sec̃ ad mensuram⁊ fabrefactã cherubin⁊ palme⁊
palma inter cherub⁊ cherub. duasq; facies habebat cherub.
faciem hominis uersa palmam ex hac parte⁊ faciem
leonis uersa palmam ex alia parte. expressam p omnem
domum in circuitu. de tra usq; ad superiora porte cherubi
⁊ palme celate erant in pariete templi. limen quadran
gulum⁊ facies sanctuarii. aspectus contra aspectum altaris
ligneum. trium cubitoꝝ altitudo eius⁊ longitudo eius duoꝝ cu
Verbum domini quod factum est ad iohel filium fathuel. Audite hoc seniores et auribus percipite omnes habitatores terre. si factum est istud in diebus uestris. aut in diebus patrum uestrorum. Super hoc filiis uestris narrate et filii uestri filiis suis et filii eorum generationi altere. Residuum eruce comedit locusta et residuum locuste comedit bruchus et residuum bruchi comedit rubigo. Expergiscimini ebrii et flete et ululate omnes qui bibitis uinum in dulcedine quoniam perit ab ore uestro. Gens enim ascendit super terram meam fortis et innumerabilis. dentes eius ut dentes leonis et molares eius ut catuli leonis. Posuit uineam meam in desertum et ficum meam decorticauit. spoliauit eam et proiecit. albi facti sunt rami eius. Plange quasi uirgo accincta sacco super uirum pubertatis tue. Perit sacrificium et libatio de domu domini. luxerunt sacerdotes ministri domini. depopulata est regio. luxit humus quoniam deuastatum est triticum. Confusum est uinum et elanguit oleum. confusi sunt agricole ululauerunt uinitores super frumento et ordeo quia perit messis agri. Vinea confusa est et ficus elanguit. malogranatum et palma et malum et omnia ligna agri aruerunt. quoniam confusum est gaudium a filiis hominum. Accingite uos et plangite sacerdotes. ululate ministri altaris. ingredimini. cubate in sacco ministri dei mei. quoniam intercepit de domo dei uestri sacrificium et libatio. Sanctificate ieiunium. uocate cetum. congregate seniores. omnes habitatores terre in domum dei uestri et clamate ad dominum. Ah. ah. ah. dies quia prope est dies domini et quasi uastitas a potente ueniet. Numquid non coram oculis uestris alimenta perierunt. De domu dei nostri letitia et exultatio. Computruerunt uumenta in stercore suo. demolita sunt horrea. dissipate sunt apothece. quoniam confusum est triticum. Quid ingemuit animalia mugierunt greges armenti. Quia non est pascua eis. sed et greges pecorum disperierunt. Ad te domine clamabo. quia ignis comedit speciosa deserti et flamma succendit omnia ligna regionis. Sed et bestia agri quia area sitiens ymbre sulspexerunt ad te. quoniam exsiccati sunt fontes aquarum. et ignis deuorauit speciosa deserti. .ii.

Canite tuba in sion. ululate in monte sancto meo. conturbentur omnes habitatores terre. quia uenit dies domini. quia prope est dies tenebrarum et caliginis. dies nubis et turbinis. Quasi mane expansum super montes populus multus et fortis. similis ei non fuit a principio et post eum non erit usque in annos generationis et generationis. Ante faciem eius ignis uorans. et post eum exurens flamma. Quasi ortus uoluptatis terra coram eo. et post eum solitudo deserti. neque est qui effugiat eum. Qui aspectus equorum aspectus eorum. et qui equites sic current. Sicut sonus quadrigarum super capita montium exilient. sic sonus flamme ignis deuorantis stipulam. ueluti populus fortis parata ad prelium. A facie eius cruciabuntur populi. omnis uultus redigent in ollam. sicut fortes current. qui uti bellatores ascendent murum. Uir in uiis suis gradientur. et si declinauerint a semitis suis. Unusquisque fratrem suum non coartabit. singuli in calle suo ambulabunt. et per fenestras cadent et non demolient. urbem ingredient. et in muro current. domos ascendent. per fenestras intrabunt quasi fures. A facie eius contremuit terra. mota sunt celi. sol et luna obtenebrati sunt. et stelle retraxerunt splendorem suum. et dominus dedit uocem suam ante faciem exercitus sui. quia multa sunt nimis castra eius. quia fortia et faciencia uerbum eius. Magnus enim dies domini et terribilis ualde. et quis sustinebit eum. Nunc ergo dicit dominus. .iii.

Conuertimini ad me in toto corde uestro in ieiunio et fletu et in planctu. et scindite corda uestra et non uestimenta uestra. et reuertimini ad dominum deum uestrum quia benignus et misericors est. patiens et multe misericordie et prestabilis super malitia. Qui scit si conuertatur et ignoscat et relinquat post se benedictionem. Sacrificium et libamen domino deo uestro. Canite tuba in sion. sanctificate ieiunium uocate cetum. congregate populum. sanctificate ecclesiam. congregate seniores. congregate paruulos et sugentes ubera. Egrediatur sponsus de cubiculo suo et sponsa de thalamo suo. Inter uestibulum et altare plorabunt sacerdotes ministri domini et dicent. Parce domine parce populo tuo. et ne des hereditatem tuam in opprobrium. ut dominentur eis nationes. Quare dicunt in populis ubi est deus eorum. Et zelatus est dominus terram suam. et pepercit populo suo. Et respondit dominus et dixit populo suo. Ecce ego mittam uobis frumentum et uinum et oleum. et replebimini in eo. et non dabo uos ultra obprobrium in gentibus. Et eum qui ab aquilone est procul faciam a uobis. et expellam eum in terram inviam et desertam, faciem eius contra mare orientale. et extremum eius ad mare nouissimum. et ascendet fetor eius. et ascendet putredo eius. quia superbe egit. .iiii.

Nolite timere terra exulta et letare quia magnificauit dominus ut faceret. Nolite timere animalia regionis. quia germinauerunt speciosa deserti. quia lignum attulit fructum suum. ficus et uinea dederunt uirtutem suam. Et filii sion exultate et letamini in domino deo uestro. quia dedit uobis doctorem iustitie. Et descendere faciet ad uos imbrem matutinum et serotinum in principio et plebunt aree frumento et redundabunt torcularia uino et oleo. et reddam uobis annos quos comedit locusta bruchus et rubigo et eruca. fortitudo mea magna quam misi in uos. et comedetis uescentes et saturabimini et laudabitis nomen domini dei uestri qui fecit uobiscum mirabilia. Et non confundetur populus meus in sempiternum et scietis quia in medio israel ego sum. et ego dominus deus uester. et non est amplius. et non confundetur populus meus in eternum. .v.

Et erit p̄ hec. effundam sp̄m meum sup omnem carnem: ⁊ ꝓphabunt filij uř ⁊ filie uře. Senes uř somnia somniabunt: ⁊ iuuenes uř uisiones uidebunt. Sed ⁊ sup seruos ⁊ ancillas in diebz illis effundā sp̄m meum: ⁊ dabo p̄digia in celo ⁊ in terra. sanguinem ⁊ ignē ⁊ uaporem fumi. Sol uertet̄ in tenebras ⁊ luna in sanguinē: antequā ueniat dies dñi magnus ⁊ horribilis. Et erit omnis qui inuocauerit nom̄ dñi saluus erit: qp in monte syon ⁊ in hierlm erit saluatio sicut dixit dñs: ⁊ in residuis quos dñs uocauerit. Quia ecce in diebz illis ⁊ in tempe illo. cū conuertero captiuitatem iuda ⁊ hierlm. congregabo omnes gentes: ⁊ deducam illas in uallem iosaphat: ⁊ discceptabo cū eis ibi sup pplo meo ⁊ hereditate mea isrl: quos dispserunt in nationibz ⁊ terram meam diuiserunt ⁊ sup populū meum miserunt sortem ⁊ posuerunt puerum in pstibulum ⁊ puellam uenditerunt p uino ut biberent. Verum quid mihi ⁊ uobis tyrus ⁊ sydon ⁊ omnis finis palestinoꝝ? Numquid ultionē uos redditis mihi? Et si ulciscimini uos cita me: cito uelociter reddam ultionem uestram uobis sup caput uřm. Argentum enim meum ⁊ aurum tulistis: ⁊ desiderabilia mea ⁊ pulcherrima intulistis in delubra uřa: ⁊ filios iuda ⁊ filios hierlm. uendidistis filijs grecoꝝ: ut longe faceretis eos de finibz suis. Ecce ego suscitabo eos de loco in quo uenditi estis eos: ⁊ dabo retributionem uřam in caput uřm. ⁊ uendā filios uřos ⁊ filias uřas in manibz filiorum iuda ⁊ uenū dabunt eos sabeis genti longinque: qp dñs locutus est. Clamate hoc in gentibz sanctificate bellum: suscitate robustos. Accedant. ascendant omnes uiri bellatores. Cōcidite aratra uřa in gladios: ⁊ ligones uřos in lanceas. Infirmus dicat: qp ego fortis sum. Erumpite ⁊ uenite omnes gentes de circuitu: ⁊ congregamini ibi. deducere faciet dñs robustos tuos. .vi.

Consurgant ⁊ ascendant gentes in uallem iosaphat. qp ibi sedebo ut iudicem omnes gentes in circuitu. Mittite falces: qm̄ maturauit messis. Venite ⁊ descendite qp plenum est torcular. Exuberant torcularia: qp multiplicata est malitia eoꝝ. Populi populi in ualle contritionis: qp uicina est dies dñi in ualle concisionis. Sol ⁊ luna obtenebrate sunt: ⁊ stelle retraxerunt splendorem suum. ⁊ dñs de syon rugiet: ⁊ de hierlm dabit uocem suam. et mouebunt̄ celi ⁊ terra: ⁊ dñs spes populi sui: ⁊ fortitudo filiorum isrl: ⁊ scietis qp ego dñs deus uř. habitans in syon in monte sco meo. Et erit hierlm sca: ⁊ alieni non transibunt p eam amplius. Et erit in die illa stillabunt montes dulcedinē: ⁊ colles fluent lacte: ⁊ p omnes riuos iude ibit aque: ⁊ fons de domo dñi egredietur: ⁊ irrigabit torrentē spinarū. Egyptus in desolationē erit: ⁊ idumea in desertum pditionis p eo qđ iniqe egerint in filios iude: ⁊ effuderint sanguinē innocentē in terra sua. Et iudea in eternum habitabit: ⁊ hierlm in generationē ⁊ generationem. Et mundabo sanguinē eoꝝ quē non mundaueram: ⁊ dñs commorabitur in syon. Explicit iohel ꝓpha.

Capitula sup amos. .i.

Prophat amos ex hierlm ⁊ ex tribz scelibz ⁊ .uii. damasci. gaze similiter ⁊ tyri. .ii.

De tribz scelibz edom ⁊ tribz scelibz filiorum amon ⁊ tribz scelibz moab ⁊ tribz scelibz iude. .iii.

De tribz scelibz isrl ⁊ crudeli auaritia in pauperes ⁊ de ingratitudine pli ⁊ uindicta ⁊ ultione dñi. .iiii.

Commminatio Faltaria bethel ⁊ uaccaf pinguef samarie ⁊ infinitus malis isrl. .v. (ad penam.)

De planctu dñi ex pli ⁊ ex pecul eoꝝ ⁊ mutatione

De planctu in plateis ⁊ die dñi ⁊ odio festiuitatū. .vi. sacrificioꝝ ⁊ carminū ⁊ de pompa sacerdotum ⁊ lasciui

Audit dñs ex bia iacob ⁊ minat. .vii. Ca eoꝝ. ciuitati ⁊ habitatoribz ipi. .viii. Cri

Ostenditur ꝓphe fictor locuste ⁊ dñs ciuitatē tenens cessata sacerdos bethel mittit ad regē ꝙ ꝓphetam ⁊ eum .ix. expellere laborat ab isrl ꝓ ꝙ uticor ei fornicari p̄dicit.

Ostenditur ꝓphe uncus pomoꝝ ⁊ mortalitas plurimi .x. pp cupiditatē ⁊ rapinam in pauperes ⁊ egenos. .xi.

De occasu sol ⁊ fame ⁊ siti ⁊ penuria ubi di. .xii.

De pcussione carbunculi pp auaritiā ⁊ minat ꝓphō super dñs uicq; siue in celo siue in inferno. siue in captiuitē.

De reedificatione tabernaculi ⁊ edificatione ciuitatis ⁊ fertilitate tocius regionis. .xiii.

Incipit amos ꝓpha .i.

Verba amos qui fuit in pastoralibz de thecue. que uidit sup isrl in diebz ozie regis iuda ⁊ in diebz hieroboam filij ioas regis isrl. ante duos annos terremotū. Et dixit. Dñs de syon rugiet ⁊ de hierlm dabit uocem suam ⁊ luxerunt speciosa pastorum ⁊ exiccatus est uertex carmeli. Hec dicit dñs. Sup tribz scelibz damasci ⁊ sup .iiii. non conuertam eum: eo qp triturauerunt in plaustris ferreis galaad. Et mittam ignem in domū azael ⁊ deuorabit domos benadab ⁊ conteram uectem damasci ⁊ disperdam habitatorem de campo idoli ⁊ tenentem sceptrum de domo uoluptatis ⁊ transferetur pplus syrie ꝙ renem dicit dñs. Hec dicit dñs. Sup tribz scelibz gaze ⁊ sup .iiii. non conuertam eum: eo qp transtulerit captiuitatem pfectam: ut concluderet eam in idumea. Et mittam ignem in murum gaze ⁊ deuorabit edes eius ⁊ disperdam habitatorem de azoto ⁊ tenentem sceptrum de ascalone ⁊ conuertam manum meam sup accharon ⁊ peribunt reliqui philistinoꝝ dicit dñs dominus. Hec dicit dñs. Sup tribus scelibz tyri ⁊ sup .iiii. non conuertam eum: eo qđ concluserit captiuitatē pfectam in idumea ⁊ non fuerit recordatus federis fratrū. Et emittam ignē in murum tyri ⁊ deuorabit edes eius. Hec dicit dñs. .ii.

Sup tribz scelibz edom ⁊ sup .iiii. non conuertam eum: eo qđ persecutus fuit in gladio fratrem suum ⁊ uiolauit misericordiam eius ⁊ tenuerit ultra furorem suum ⁊ indignationem suam seruauerit usq; in finem. Mittam ignem in theman ⁊ deuorabit edes bosre. Hec dicit dñs. Sup tribz scelibz filiorum amon ⁊ sup .iiii. non conuertam eum: eo qđ dissecuerit pgnantes galaad ad dilatandum finem suum. Et succendam ignē in muro rabbath ⁊ deuorabit edes eius in ululatu in die belli ⁊ in turbine in die commotionis. Et ibit melchom in captiuitatē. ipse ⁊ principes eius simul dicit dñs. Hec dicit dñs. Sup tribz scelibz moab ⁊ sup .iiii. non conuertam eum: eo qđ incenderit ossa regis idumee usq; ad cinerem. Et mittam ignem in moab ⁊ deuorabit edes charioth ⁊ morietur in sonitu moab in clangore tube ⁊ disperdam iudicem de medio eius ⁊ omnes principes eius occidam cū eo dicit dñs. Hec dicit dñs. Sup tribz scelibz iude ⁊ sup .iiii. non conuertam eum: eo qđ abiecerit legem dñi ⁊ mandata eius non custodierit. Deceperunt enim eos idola sua: p que abierant patres eoꝝ. Et mittam ignem in iuda ⁊ deuorabit edes hierlm. .iii.

Hec dicit dñs. Sup tribz scelibz isrl ⁊ sup .iiii. non conuertam eum: p eo qđ uenditerit argento iustū

ꝛ paupem ꝑ calcamenꝰ. Qui conterunt sup puluerem tre capita paupm ꝛ uiam humiliũ declinant ꝛ filius ac pater ei ierunt ad puellam ut polluerent nomẽ scm meum ꝛ sup uestimẽta pigneratis accubuerunt uncta omẽ altare ꝛ uinum dampnatoꝝ bibebant in domu dñi sui. Ego aũt exterminaui amorreum a facie eoꝝ cui altitudo cedroꝝ altitudo eius ꝛ fortis ipe ꝙ querenꝰ. Et contriui fructum ei desup ꝛ radices ei subter. Ego eum qui ascendẽ uos feci de tra egypti ꝛ eduxi uos in deserto xl annis ut possideretis tram amorrei. Et suscitaui de filiis uris in pphas ꝛ de iuuenib⁹ uris nazareos. Numqd non ita e filii isrl dicit dñs. Et propinabatis nazareis uinũ ꝛ pphis mandabatis dicentes ne pphetetis. Ecce ego stridebo sup uos sicut stridet plaustrum onustum feno ꝛ perit fuga a uelocꝫ ꝛ fortis in obtinebit uirtutẽ suam ꝛ robustꝰ in saluabit aiam suam ꝛ tenens arcũ in stabit ꝛ uelox pedib⁹ suis in saluabit ꝛ ascensor equi in saluabit aiam suam ꝛ robustus corde inter fortes nudus fugiet in die illa dicit dñs. Audite uerbum qd locutꝰ e dñs sup uos filii isrl. sup omẽ cognatione ꝙm eduxi de tra egypti dicens tantũm uos cognoui ex omnib⁹ cognationib⁹ tre ideo ulsitabo sup uos omes iniq tates uras. Numquid ambulabunt duo pariter nisi conuenerit eis. Numquid rugiet leo in saltu in habuerit pdam. Aliquid dabit catulus leonis uocem de cubili suo nisi aliqd apphenderit. Numqd cadet auis in laqueum tre absq aucupe. Numqd auferet laqus de tra anteq quid capiat. Si clanget tuba in ciuitate ꝛ pplus in expauescet. Si erit malum in ciuitate qd dñs non fecit. Quia non faciet dñs uerbum nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos pphas. Leo rugiet quis non timebit. Dñs ds locutus e quis non pphabit. Audite istud facite in edib⁹ azoti ꝛ in edib⁹ tre egypti ꝛ dicite. Congregamini sup montes samarie ꝛ uidete iniquitates multas in medio ei ꝛ calumpnias patientes in penetrabilib⁹ ei. Et nescierunt facere rectum dicit dñs. thesaurizantes iniquitatem ꝛ rapinam in edib⁹ suis. Propterea hec dicit dñs ds. Tribulabit ꝛ circuiet tra ꝛ detrahet ex te fortitudo tua ꝛ diripientur edes tue.

Hec dicit dñs. Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura aut extremum auricule sic eruent filii isrl qui habitant in samaria in plaga lectuli ꝛ in damasci grabato. Audite ꝛ testamini in domu iacob dicit dñs exercituum. qr in die cũ ulsitare cepero pua ricationes isrl sup eum. ulsitabo ꝛ sup altaria bethel ꝛ amputabunt cornua altaris ꝛ cadent in tram. Et percutiam domũ hyemalem cũ domu estiua ꝛ pibunt domus ebureas ꝛ dissipabunt edes multe dicit dñs. Audite uerbum hoc uacce pingues que estis in monte samarie. que calumpniam facitis egenis ꝛ confringitis pauperes. que dicitis dño uris afferte ꝛ bibemus. Juranit dñs ds in scõ suo. qr ecce dies ueniunt sup uos ꝛ leuabunt uos in contis ꝛ reliquias uras in ollis feruentib⁹ ꝛ p apturas exibitis alta et altam ꝛ proicietis in hermon dicit dñs. Venite ad bethel ꝛ impie agite ad galgalam ꝛ multiplicate preuaricationẽ ꝛ offerte mane uictimas uras. tribus diebꝰ decimas uras ꝛ sacrificate de fermẽto laudem ꝛ uocate uoluntarias oblationes ꝛ annuntiate. Sic enim uoluistis filii isrl dicit dñs ds. Vnde ꝛ ego dedi uobis stuporem dentium in cunctis urbib⁹ uris ꝛ indigentiam panum in omnibus locis uris ꝛ non estis reuersi ad me dicit dñs. Ego qq ꝓhibui a uobis imbrem. cum adhuc tres menses superessent usq ad messem ꝛ plui super ciuitatem unam ꝛ super ciuitatem alteram non pluit. Pars una ꝛpluta e ꝛ pars super qm non pluit aruit. Et uenerunt due ꝛ tres ciuitates ad ciuitatem unam ut biberent aqm ꝛ non sunt saciate ꝛ non redistis ad me dicit dñs. Percussi uos in uento urente ꝛ in aurugine multitudinem ortoꝝ uineaꝝ ꝙ ficetoꝝ uestrarum et uineaꝝ. Oliueta uestra ꝙ ficeta uestra comedit eruca ꝛ non redistis ad me dicit dñs. Misi in uos mortem in uia egypti. peremi in gladio iuuenes uestros usq ad captiuitatem equoꝝ uestroꝝ ꝛ ascendere feci putredinem castroꝝ uestroꝝ in nares uestras ꝛ non redistis ad me dicit dñs. Subuertit uos sicut subuertit ds sodomam ꝙ gomorram ꝛ fuistis quasi torris raptus de incendio ꝛ non redistis ad me dicit dñs. Quapp hec faciam tibi isrl. Postqm autem fecero tibi ꝓparare in occursum dei tui isrl. qr ecce formans montes ꝛ creans uentum ꝛ annuntians homini eloquium suum. faciens matutinam nebulam ꝛ gradiens super excelsa tre. dñs ds exercituum nomen ei.

Audite uerbum istud qd ego leuo super uos planctum domus isrl. Cecidit non adiiciet ut resurgat. Virgo isrl proiecta e in tram suam non est qui suscitet eam qr hec dicit dñs ds. Urbs de qua egrediebant mille relinquent in ea centum ꝛ de qua egrediebant centum relinquent in ea x in domo isrl. qr hec dicit dñs domui isrl. Querite me ꝛ uiuetis ꝛ nolite querere bethel ꝛ in galgala nolite intrare ꝛ in bersabee non transibitis. qr galgala captiua ducet ꝛ bethel erit inutilis. Querite dñm ꝛ uiuite ne forte erumpat ut ignis domus ioseph ꝛ deuorabit ꝛ non erit qui extinguat bethel. Qui conuertis in absinthium iudicium ꝛ iustitiam in tra relinquitis. facientem arcturum ꝛ orionem ꝛ conuertentem in mane tenebras ꝛ diem nocte mutantem. Qui uocat aquas maris ꝛ effundit eas super faciem tre. dñs nomen ei e. Qui subridet uastitatem super robustum ꝛ depopulationẽ super potentem affert. Odio habuerunt in porta corripientem ꝛ loquentem perfecte abhominati sunt. Idcirco ꝓ eo qd diripiebatis pauperem ꝛ pdam electam tollebatis ab eo. domos quadro lapide edificabitis ꝛ non habitabitis in eis. Vineas amantissimas plantabitis ꝛ non bibetis uinum earum. qr cognoui multa scelera uestra ꝛ fortia peccata uestra. Hostes iusti accipientes munus ꝛ pauperes in porta deprimentes. Idcirco prudens in tempore illo tacebit. qr tempus malum e. Querite bonum ꝛ non malum ut uiuatis ꝛ erit dñs ds exercituum uobiscum sicut dicitis. Odite malum ꝛ diligite bonum ꝛ constituite in porta iudicium si forte misereatur dñs ds exercituum reliquiis ioseph.

Propterea hec dicit dñs ds exercituum dñator. In omnib⁹ plateis planctus ꝛ in cunctis que foris sunt dicent ue ue. Et uocabunt agricolam ad luctum ꝛ ad planctum eos qui sciunt plangere ꝛ in omnib⁹ uineis erit planctus. qr ꝑtransibo in medio tui dicit dñs. Ve desiderantib⁹ diem dñi. Ad quid eam uobis. Dies dñi ista tenebre ꝛ non lux. Quasi si fugiat uir a facie leonis ꝛ occurrat ei ursus ꝛ ingrediatur domum ꝛ innitatur manu sua super parietem ꝛ mordeat eum coluber. Numqd non tenebre dies dñi ꝛ non lux. Et caligo ꝛ non splendor in ea. Odio habui festiuitates uestras ꝛ non capiam odorem cetuum uestroꝝ. Qd si obtuleritis mihi holocaustomata ꝛ munera uestra non suscipiam. ꝛ uota pinguium uestroꝝ non respiciam. Aufer a me tumul

tum carminū tuoꝝ ⁊ cantica lyre tue nō audiam. Et
reuelabitur q̄si aqua iudicium ⁊ iustitia q̄si torrens
fortis. ¶ Numquid hostias ⁊ sacrificium obtulistis mihi in
deserto xl annis domꝰ isrl. Et portastis tabernaculū
moloch regi uestro ⁊ ymaginem ydolorum uestrum sidus dei uestri
rempha que fecistis uobis adorare eos transmigrare uos faciam
ultra damascum dicit dñs deus exercituum nomen ei. ¶ Ve qui opulenti
estis in sion ⁊ confiditis in monte samarie optimates
capita populorum ingredientes pompatice domus isrl. Transite
ite in calanne ⁊ uidete ⁊ ite inde in emath magnam
⁊ descendite in geth palestinorum ⁊ ad optima queq; regnorum
horum. Si latior finis uester finito uestro est. qui separatis
estis in diem malum ⁊ appropinquastis solio iniquitatis.
Qui dormitis in lectis eburneis ⁊ lasciuistis in stratis
uestris. Qui comeditis agnum de grege ⁊ uitulos de medio
armenti. qui cantatis ad uocem psalterii. Sicut dauid putauerunt se habere nasa cantici. bibentes in phialis uinum
⁊ optimo unguento delibuti ⁊ nichil patiebantur super contritione ioseph. Qua propter nunc migrabunt in capite
transmigrantium ⁊ auferetur factio lasciuientium. vii.
Iurauit dñs deus in anima sua. dicit dñs exercituum. detestor ego superbiam iacob ⁊ domos eius odi ⁊ tradam ciuitatem cum habitatoribus suis. Qd si reliqui fuerint x.
uiri in domo una ⁊ ipsi morientur ⁊ tollet eum propinquus
suus ⁊ obruet eum ut efferat ossa de domo ⁊ dicet
ei qui in penetralibus domus ē. ¶ Numquid adhuc est
penes te. Et respondebit. finis est. Et dicet ei. Tace.
Et si recorderis nomen dñi. qd ecce dñs mandauit ⁊ percutiet
et domum maiorem in ruinas ⁊ domum minorem
fissionibus. ¶ Numquid currere queunt in petris equus
aut arari potest in buballis. Quia uertistis in amaritudinem iudicium ⁊ fructum iustitie in absinthium.
qui letamini in nichilo qui dicitis. ¶ Numquid non in
fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua. Ecce ego
suscitabo super uos domus isrl dicit dñs deus exercituum
gentem ⁊ oppriment uos ab introitu emath usq; ad torrentem deserti. vIII.
Hec ostendit mihi dñs deus. Ecce fingens locustas in principio germinantium
serotinum ymbris ⁊ ecce serotinus post tonsionem gregis.
Et factum est cum consummaret comedere herbam terre ⁊ dixi.
Dñe deus propitius esto obsecro. Quis suscitabit iacob. Quia
paruulus ē. miserere ē dñs super hoc. ¶ Non erit dixit dñs deus.
Hec ostendit mihi dñs deus. Et ecce uocabat iudicium
ad ignem dñs deus ⁊ deuorabat abyssum multam ⁊
comedit simul pro parte. Et dixi. Dñe deus. quiesce obsecro. Quis suscitabit iacob. Quia paruulus ē. miserebitur ē dñs super hoc. Sed ⁊ istud non erit dixit dñs deus. Hec ostendit mihi. Et ecce dñs stans super murum lutum ⁊ in manu eius trulla cementarii. Et dixit dñs ad me. Quid
tu uides amos. Et dixi. Trullam cementarii. Et dixit
dñs. Ecce ego ponam trullam in medio populi mei isrl. non adiciam
ultra ut pertranseam eum. ⁊ demolientur excelsa ydolorum ⁊ sanctificationes isrl desolabuntur ⁊ consurgam super
domum hieroboam in gladio. ix.
Et misit amasias sacerdos bethel ad hieroboam regem
isrl dicens. Rebellauit contra te amos. in medio domus isrl. non potest terra sustinere uniuersos sermones eius.
Hec enim dicit amos. In gladio morietur hieroboam.
⁊ isrl captiuus migrabit de terra sua. Et dixit amasias
ad amos. Qui uidens. uade fuge in terram iuda. ⁊ comede ibi panem ⁊ ibi prophetabis. ¶ in bethel non adicies
ultra ut prophetes quia sanctificatio regis ē. ⁊ domus regni est.
Et respondit amos. ⁊ dixit ad amasiam. Non eram
propheta. nec sum filius prophete. sed armentarius ego sum uellicans
sicomoros. ⁊ tulit me dñs cum sequerer gregem. ⁊ dixit
ad me dñs. Vade ⁊ propheta ad populum meum isrl. Et nunc
audi uerbum dñi. Tu dicis. non prophetabis super isrl. ⁊ non stillabis super domum ydolorum. Propter hoc hec dicit dñs. Uxor
tua in ciuitate fornicabitur. ⁊ filii tui ⁊ filie tue in gladio cadent. ⁊ humus tua in funiculo mensurabitur. ⁊ tu in
terra polluta morieris. ⁊ isrl captiuus migrabit de terra sua.
Hec ostendit mihi dñs deus. Et ecce uncinus x.
pomorum. ⁊ dixit. Quid tu uides amos. Et dixi. Uncinum pomorum. Et dixit dñs ad me. Uenit finis super populum
meum isrl. non adiciam ultra ut pertranseam eum. ⁊ stridebunt
cardines templi. In die illa dicit dñs deus. multi morientur. in omni loco proicietur silentium. Audite hoc qui conteritis pauperem. ⁊ deficere facitis egenos terre dicentes. Quando
transibit mensis. ⁊ uendemabimus merces. Et sabbatum
⁊ aperiemus frumentum ut imminuamus mensuram ⁊ augeamus siclum. ⁊ supponamus statera dolosa. Ut possideamus in argento egenos. ⁊ pauperes pro calciamentis. ⁊ quisquilias frumenti uendamus. Iurauit dñs in superbia iacob. si oblitus fuero usq; ad finem omnia opera eorum. ¶ Numquid
super isto non mouebitur terra ⁊ lugebit omnis habitator eius.
Et ascendet q̄si fluuius uniuersus ⁊ erumpet ⁊ defluet q̄si fluuius
Et erit in die illa dicit dñs xi. Egypti.
occidet sol meridie. ⁊ tenebrescere faciam terram in die
lucis mee. ⁊ conuertam festiuitates uestras in luctum ⁊ omnia
canticа uestra in planctum. Et inducam super omnem
dorsum uestrum saccum. ⁊ super omne capud caluitium.
⁊ ponam eam q̄si luctum unigeniti. ⁊ nouissima
eius q̄si diem amarum. Ecce dies uenient dicit dñs
⁊ emittam famem in terram. non famem panis. nec sitim a
que. sed audiendi uerbum dñi. Et commouebuntur a mari
usq; ad mare. ⁊ ab aquilone usq; ad orientem circuibunt querentes uerbum dñi ⁊ non inuenient. In die
illa deficient uirgines pulchre ⁊ adolescentes in sitim
qui iurant in delicto samarie ⁊ dicunt. Viuit dñs tuus dan. ⁊ uiuit uia bersabee ⁊ cadent ⁊ non resurgent
Vidi dñm stantem super altare xii. Cultra.
⁊ dixit. Percute cardinem ⁊ commoueantur superliminaria. dirumpe eum in capite omnium ⁊ nouissimum
eorum in gladio interficiam. ¶ Non erit fuga eis. fugiet
non saluabitur ex eis qui fugerint. Si descenderint usq; ad
infernum. inde manus mea educet eos. ⁊ si ascenderint usq;
ad celum inde detraham eos. ⁊ si absconditi fuerint in
uertice carmeli. inde scrutans auferam eos. ⁊ si celauerint se ab oculis meis in profundo maris. ibi mandabo serpenti ⁊ mordebit eos. Et si abierint in captiuitatem coram
inimicis suis. ibi mandabo gladio ⁊ occidet eos. ⁊ ponam
oculos meos super eos in malum ⁊ non in bonum. Et dñs deus
exercituum qui tangit terram ⁊ tabescet ⁊ lugebunt omnes
habitantes in ea. ⁊ ascendet sicut fluuius uniuersa ⁊ defluet
et sicut fluuius egypti. qui edificat in celo ascensionem
suam. ⁊ fasciculum suum super terram fundauit. Qui uocat aquas maris. ⁊ effundit eas super faciem terre. dns
nomen ei. ¶ Numquid non ut filii ethiopum uos estis mihi
filii isrl ait dñs. ¶ Numqd non isrl ascendere feci de egypto.
⁊ palestinos de cappadocia ⁊ syros de cyrene. Ecce oculi
dñi dei super regnum peccans. ⁊ delebo illud a facie terre.
Verumtamen delendo non delebo domum iacob dicit dñs.
Ecce enim ego mandabo ⁊ concutiam in omnibus gentibus
domum isrl sicut concutitur in cribro. ⁊ non cadet lapillus
In gladio morientur omnes xiii. Super terram.
peccatores populi mei. qui dicunt non adpropinquabit ⁊

non uemet sup nos malum. In die illo suscitabo tabernaculum dauid qđ cecidit & reedificabo aptas muros eius & ea que corruerant instaurabo. Et reedificabo eum sicut diebus antiquis. ut possideant reliquias idumee & omnes nationes eo qđ inuocatum sit nomen meum super eos dicit dñs faciens hec. Ecce uenient dies dicit dñs & apprehendet arator messorem & calcator uue mittentem semen. Et stillabunt montes dulcedinem & omnes colles culturum. Et conuertam captiuitatem populi mei israhel & edificabunt ciuitates desertas & habitabunt & plantabunt uineas & bibent uinum earum & facient hortos & comedent fructus eorum. Et plantabo eos super humum suam & non euellam eos ultra de terra quam dedi eis dicit dñs deus tuus. Explicit amos. Incipiunt capitula sup abdiam.

De ultione abdie & edom & dominatione dñi in edom dicit dñs sapientes de idumea. ii. Sup arrogantia sua & eas quod letati sunt in destructione iherl & pcipes effecti. De domo iacob & ioseph egredietur ignis & flamma & qđ adhuc possidebit terram suam israhel.

Incipit abdias ppha. i.

Visio abdie. Hec dicit dñs deus ad edom. Auditum audiuimus a dño & legatum ad gentes misit. Surgite & consurgamus ad ultionem eius in pelium. Ecce paruulum te dedi in gentibus & tempabilis tu es ualde. Superbia cordis tui extulit te habitantem in scissuris petre excelsum solium tuum. qui dicit in corde suo quis detrahet me in terram. Si exaltatus fueris ut aquila & si inter sydera posueris nidum tuum inde detrahamte dicit dñs. Si fures introissent ad te & si latrones per noctem quomodo conticuisses. Nonne furati essent sufficientia sibi. Si uindemiatores introissent ad te numquid saltem racemos reliquissent tibi. Quomodo scrutati sunt esau inuestigauerunt abscondita eius. usque ad finem omnes emiserunt te. Omnes uiri federis tui illuserunt tibi & preualuerunt ad ultionem te uiri pacis tue. Qui comedunt tecum ponent insidias subter te non est prudentia in eo. ii.

Numquid non in die illa dicit dñs perdam sapientes de idumea & prudentiam de monte esau. Et timebit fortes tui themanite ut intereat uir de monte esau. Propter interfectionem & iniquitatem in fratrem tuum iacob operiet te confusio & peribis in eternum. In die cum staret aduersus eum. cum ceperebant alieni exercitum eius & portas eius ingrediebantur portas eius & super iherlim mittebant sortem tu quoque eras quasi unus ex eis. Et non despicies in die fratris tui in die peregrinationis eius & non letaberis super filios iuda in die perditionis eorum & non magnificabis os tuum in die angustie. neque ingredieris portam populi mei in die ruine eorum. neque despicies tu quoque malis eius in die uastitatis illius. Et non extendes ad diuitias eius in die uastitatis illius. neque stabis in exitu ad interficiendos eos qui fugiunt & non conclude es reliquos eius in die tribulationis. quia iuxta est dies domini super omnes gentes. Sicut fecisti fiet tibi & retributionem tuam conuertet in caput tuum. Quia enim bibistis super montem sanctum meum. bibent omnes gentes iugiter & bibent & absorbebunt & erunt quasi non sint & in monte sion erit saluatio. & erit sanctus & possidebit domus iacob eos qui se possederant. iii.

Et erit domus iacob ignis & domus ioseph flamma & domus esau stipula & succendent eos & deuorabunt eos & non erunt reliquie domus esau quia dñs locutus est. Et hereditabunt hi qui ad austrum montem esau & qui in campestribus philisthim & possidebunt regionem ephraim & regionem samarie & beniamin possidebit galaad & transmigratio exercitus huius filiorum israhel. omnia chananeorum usque ad sareptam & transmigratio iherusalem que in bosforo est. possidebit ciuitates austri. Et ascendent saluatores in montem sion. iudicare montem esau & erit dño regnum aperte. Explicit abdias. Capitula sup iona. i.

Pone ionas ut uadat in niniuen. & fugit & ut nauis mittit & proicit ionam in mare & cessant ii. & sors super eum. tempestas & ionas in uentre ceti orat ad dñm & liberat. iii. De predicatione ionc in niniue & penitentia niniuitarum & pia oratione & ratione ad dñm & de iiii. & creatione dñi. hedera dñi. Incipit ionas ppha. i.

Et factum est uerbum dñi ad ionam filium amathi dicens. Surge & uade in niniuen ciuitatem grandem & predica in ea quia ascendit clamor malitie eius coram me. Et surrexit ionas ut fugeret in tharsis a facie dñi & descendit ioppen & inuenit nauem euntem tharsis & dedit naulum eius & descendit in ea ut iret cum eis in tharsis a facie dñi. Dñs autem misit uentum magnum in mare & facta est tempestas magna in mari & nauis periclitabatur conteri. Et timuerunt nautę & clamauerunt uiri ad deum suum & miserunt uasa que erant in nauu in mare ut alleuiarent ab eis. Et ionas descendit ad interiora nauis & dormiebat sopore grauis. Et accessit ad eum gubernator & dixit ei. Quid tu sopore deprimeris. Surge inuoca dñm tuum si forte recogitet deus nobis & non perea mus. Et dixit uir ad collegam suum. Venite & mittamus sortes & sciamus cuius hoc malum sit nobis. Et miserunt sortes & cecidit sors super ionam. Et dixerunt ad eum. Indica nobis. cuius ob malum istud sit nobis. Quod est opus tuum. que terra tua & quo uadis. uel ex quo populo es tu. Et dixit ad eos. Hebreus ego sum & dñm deum celi timeo. qui fecit mare & aridam. Et timuerunt uiri timore magno & dixerunt ad eum. Quid hoc fecisti. Cognouerunt enim uiri quia a facie dñi fugeret. quia indicauerat eis ionas. Et dixerunt ad eum. Quid faciemus tibi & cessabit mare a nobis. Quia mare ibat & intumescebat. Et dixit ad eos. Tollite me & mittite in mare & cessabit mare a uobis. Scio enim ego. quia propter me tempestas hec grandis super uos. ii.

Et remigabant uiri ut reuerterentur ad aridam & non ualebant quia mare ibat & intumescebat super eos. Et clamauerunt ad dñm & dixerunt. Quesumus dñe ne pereamus in anima uiri istius & ne des super nos sanguinem innocentem. quia tu dñe sicut uoluisti fecisti. Et tulerunt ionam & miserunt in mare & stetit mare a feruore suo. Et timuerunt uiri timore magno dñm & immolauerunt hostias dño & uouerunt uota. Et parauit dñs piscem grandem ut deglutiret ionam. & erat ionas in uentre piscis tribus diebus & tribus noctibus. Et orauit ionas ad dñm deum suum de uentre piscis & dixit. Clamaui de tribulatione mea ad dñm & exaudiuit me de uentre inferi. Clamauit & exaudisti uocem meam & proiecisti me in profundum in corde maris & flumen circumdedit me. Omnes gurgites tui & fluctus tui super me transierunt & ego dixi abiectus sum a conspectu oculorum tuorum. uerumtamen rursus uidebo templum sanctum tuum. Circumdederunt me aque usque ad animam. abyssus uallauit me. pelagus operuit caput meum. Ad extrema montium descendi. terre uectes concluserunt me in eternum & subleuabis de corruptione uitam

meam dñe ds meus. Cum angustiaret in me aia
mea. dñm recordatus sum. ut ueniat ad te oō mea
ad templum scm tuum. Qui custodiunt uanitates
frustra miam suam derelinquent. Ego aut in uoce
laudis immolabo t. quecunq uouī reddam p salute
dño. Et dixit dñs pisci. et euomuit ionam in aridam.

Et scm ēbum dñi ad ionam scdō dicens. iii.

Surge. et uade ad niniuem ciuitatem magnam.
et pdica in ea pdicationem qm ego loquar ad te. Et sur
rexit ionas. et abiit in niniuen upt ēbum dñi. Et
niniue erat ciuitas magna. itinere dierum trium.
Et cepit ionas introire ciuitatem itinere diei unius.
et clamauit et dixit. Adhuc qdraginta dies. et nini
ue subuertetur. Et crediderunt uiri niniuite in dño. et
pdicauerunt ieiunium. et uestiti sunt saccis a maio
re usq ad minorem. Et puenit ūbum ad regem ni
niue. et surrexit de solio suo. et abiecit uestimentum
um a se. et indutus ē sacco. et sedit in cinere. et clamauit
et dixit in niniue ex ore regis et principum ei dicens. Ho
mines et iumenta et boues et pecora nō gustent quicqm
nec pascant. et aqam nō bibant. Et operiant saccis ho
mines et iumenta clament ad dñm in fortitudine. et
conuertatur uir a uia sua mala. et ab iniquitate que ē
in manibz eoz. Qui scit si conuertat et ignoscat ds. et re
uertatur a furore ire sue. et nō pibimus. Et uidit ds o
pa eoz. q conuersi sunt de uia sua mala. et misertus ē
ds sup malitiam qm locut fuerat ut faceret eis. et nō fec.

Et afflictus ē ionas afflictione magna iiii.
et uexatus ē. et oauit ad dñm. et dixit. Obsecro dñe
nunqd nō hoc ēbum meum cum adhuc eem in ter
ra mea. Propter hoc poccupaui. ut fugerem in tharsis.
Scio enim q tu ds clemens. et misericors es. patiens
et multe miserationis. et ignoscens sup malitia. Et
nūc qso dñe tolle aiam meam a me. q melior ē
mihi mors qm uita. Et dixit dñs. Putas ne bñ iratus
ris tu. Et egressus ē ionas de ciuitate. et sedit ō orien
tem ciuitatis. et fecit sibimet ibi umbraculū. et se
debat subt illud in umbra donec uideret quid ac
cideret ciuitati. Et pparauit dñs ds hederam. et ascen
dit sup caput ione. ut eet umbra sup caput ei. et p
tegeret eum. Laborauerat enim. Et letatus ē ionas
sup hedera leticia magna. Et parauit ds uermem as
censu diluculi in crastinum. et percussit hederam et
exaruit. Et cum ortus fuisset sol. pcepit dñs uento
calido ardenti. et percussit sol sup caput ione et estuabat.
et petiit aie sue ut moreret. et dixit. Melius ē mihi
mori qm uiuere. Et dixit dñs ad ionam. Putas ne bñ
iratus ris tu sup hedera. Et dixit. Bene iratus ego
usq ad mortem. Et dñs. Tu doles sup hedera in q
nō laborasti neq fecisti ut cresceret. que sub una nocte
nata est. et sub una nocte piit. et ego nō parcam nini
ue ciuitati magne. in qua sunt plus quam centum
uiginti milia hominum qui nesciunt quid sit in
ter dextram et sinistram suam. et iumenta multa.

Explicit ionas pphā. Incipiunt capitula michee. i.

Audite michee oia samariā et iherlim. et
uituperat dominationem. ii.

Scelā israhel reprouat in syon. p quo ominat desolati
onē. et maxime p superbia et rapinā pauperū et mulieres.

Primo et ebrietate ponit israhel qui grex in medio iii.
caularum. q principes comedebant carnes pli. et occidebāt
De ominatione dñi in falsos. iiii. Sion in medio olle.
pphas et principes putentes recta. et edificantes syon in
sanguinibz. et sacdotes in mercede docentes. et pphīa de aduen
tu dñi.

Quā dñs regnabit in monte syon. et v. De tu dñe
de turre nebulosa in restauratione pli dñi. vi.

Quā in bethleem nasciturus ē dñs. et de opibz dñi in pp suo.

De petitione qdrigarū et ciuitatū et ydolatrie et vii.
uulnere dñi cū pplo. et p qua oblatione placat dñs. viii.

Ominat dñs pplo suo stultitiā templariū et p statera
dolosa et ceteris peccatis et de colligente racemos in autūno.

Quā ni ē credendum amico et filie in sponsa in ix.
primis. et erit tota terra in desolationem.

Incipit micheas pphā.



erbum dñi qd fm ē ad micheam
morasthitheu in diebz ioatham
achaz ezechie regum iuda. qd uidit sup samariam et iherlim. Au
dite pli omes. et attendat tra et
plenitudo ei. et sit uobis dñs ds
in testem. dñs de templo scō suo.
Quia ecce dñs egredit de loco suo. et descendet et calcabit
sup excelsa tre. Et consument montes subt eum. et
colles scindent sic cera a facie ignis. sicut aque que de
current in pcipi. In scele iacob omne istud. et in peccatis
domus israhel. Qd sceleris iacob. nonne samaria. Et que ex
celsa iude. nonne iherlim. Et ponam samariam qi ac
uum lapidum in agro cum plantat uinea. et detra
ham in uallem lapides ei. et fundamenta ei revelabo.
et omia sculptilia ei concident. et omes mercedes eius
ardebunt igni. et omia ydola ei ponam in pditionem.
qm de mercedibz meretricis congregata sunt. et usq ad mer
cedem meretricis revertentur. Super hoc plangam et ulu
labo. uadam spoliatus et nudus. faciam planctū uelut
draconum. et luctum quasi struthionum. qm desperata ē plaga
ei. qm uenit usq ad iudam. tetigit portam populi mei usq
ad iherlim. In geth nolite annuntiare. lacrimis ne plo
retis. in domo pulueris pulueri uos conspergite. habi
tio uobis. habitatio pulchra confusa ignominia. Non
egressa que habitat in exitu planctus domus uicine
accipiet ex uobis que stetit sibimet. qm infirmata est
in bonum. que habitat in amaritudinibz. qm descen
dit malum a dño in portam iherlim. tumultuose dirige
stupori habitanti lachis. ii.

Principium peccati filie syon. qm in te inuenta sunt
scelā israhel. Propterea dabit emissarios sup hereditā
tem geth. domus mendacii in deceptione regibz israhel.
Adhuc heredem adducam t. que habitat in maresa.
usq odollam ueniet gla israhel. Decaluare et tondere. sup
filios deliciarum tuarum. Dilata caluitium tuum sicut
aquila. qm captiui ducti sunt ex te. Ve qui cogitatis in
utile. et opamini malum in cubilibz uris. In luce matu
tina faciunt illud. qm confortat dñs ē manus eoz. et cupiunt
agros. et uolent tulerunt. et domos rapuerunt. et calūp
niabant uirum et domum eius. uirum et hereditatem eius.
Idcirco hec dicit dñs. Ecce ego cogito sup familiam istam
malum. unde si auferetis colla uestra. et si ambulabitis su
pbi. qm tempus pessimum est. In die illa sumet sup uos
parabolam. et cantabit canticum cum suauitate dicen
tium. Depopulatione uastati sumus. pars pli mei commu
tata ē. Quomodo recedet a me. cum reuertatur qui regiones
nostras diuidat. Propter hoc si erit t mittens funiculum
sortis in cetu dñi oris. Ne loquimini loquentes si stilla
bit sup istos. si oprehendet obprobrium. Dicit domus iacob. Si
quid abbreuiatus ē spūs dñi. aut tales sunt cogitationes
ei. Nonne uba mea bona sunt cum eo qui recte gradit

Et contrario ppls meus in aduersarium surrexit. De
sup tunicam palluum tulistis. eos qui transibant
simplicit ostutistis in bellum. mulieres ppli mei eiecistis
de domo delitiarum suarum. a parulis earum tulistis
laudem meam in perpetuum. Surgite et ite. qm non habetis
hic requiem. Propt immunditiam et corrumpet pu
dine pessima. Vtinam ecm uir si hns spm et mendacium
dilabo et mentitus
.iii. Vsq; loquerer
in ebrietatem. erit sup quem stillat ppls iste. congre
gatione congregabo iacob totum te in unum educam. reliquias
isrl pariter. Ponam illum qi gregem in ouili. qi pecus in
medio caularum. Tumultuabunt a multitudine ho
minum. ascendit enim pandens iter ante eos. Diuident
et irrumpent portam. et egredient per eam. Et transibit rex eor
coram eis. et dns in capite eor. Et dixi. Audite principes
iacob. et duces domus isrl. Numq; non uos est scire iudi
cium. qui odio habetis bonum et diligitis malum. Qui
uolent tollunt pelles eor desup eis. et carnes eor desup os
sibz eor. Qui comederunt carnem ppli mei et pellem eor
desup excoriauerunt. et ossa eor confregerunt. et concidunt
sic in lebete. qi carnem in medio olle. Tunc clamabunt
ad dnm et non exaudiet eos. et abscondet faciem suam ab
eis in tempore illo. sic nequit egerunt in adinuentionibz
Hec dicit dns sup pphas qui seducunt
.iiii. Vsus.
ppls meum. qui mordent dentibz suis et predicant pa
cem. Et si quis non dederit in ore eor quippiam. sanctificant
sup eum prelium. Propterea nox uobis pro uisione erit. et te
nebre pro diuinatione. et occumbet sol sup pphas. et obtene
brabit sup eos dies. et confundent qui uident uisiones. et con
fundent diuini. et operient uultus suos omes. qz non est responsum
dei. Verumtn ego replet sum fortitudine spu dni
iudicio et uirtute. ut annuntiem iacob scelus suum. et
isrl peccm suum. Audite hec principes domus iacob et iu
dices domus isrl. qui abhominamini iudicium. et omia
recta pruertis. qui edificatis sion in sanguinibz et hierl
in iniquitate. Principes eius in muneribz iudicabant. et
sacerdotes eius in mercede docebant. et pphe eius in pecunia di
uinabant. et sup dnm requiescebant dicentes. Numquid
non dns in medio nrm. non uenient sup nos mala.
Propt hoc causam sion quasi agricultura arabit. et hierlm quasi acer
uus lapidum erit. et mons templi in excelsa siluarum.
Et erit in nouissimo dierum. erit mons domus dni parat
us in uertice montium et sublimis sup colles. et fluent
ad eum ppli. properabunt gentes multe et dicent. Venite
ascendamus ad montem dni. et ad domum dei iacob. et do
cebit nos de uiis suis. et ibimus in semitis eius. qz de sion e
gredietur lex. et uerbum dni de hierlm. Et iudicabit inter
ppls multos. et corripiet gentes fortes usq; in longinquum.
et concident gladios suos in uomeres. et hastas suas in fal
ces. Non sumet gens ad gentem gladium. et non
discent ultra belligerare. sedebit uir sub uinea sua
et sub ficu sua. et non erit qui deterreat. qz os dni locutum
est. Quia omes ppli ambulabunt unusquisq;
in nomine dei sui. nos autem ambulabimus in nomine dni
dei nri in eternum et ultra.
.v.
In die illa dicit dns congregabo claudicantem. et eam qm
eiecteram colligam. et qm afflixeram. et ponam claudi
cantem in reliquias. et eam que laborauerat in gente
robusta. et regnabit dns sup eos in monte sion. ex hoc
nunc et usq; in eternum. Et tu turris gregis nebulosa filie
sion usq; ad te ueniet. et ueniet potestas prima. regnum filie
hierlm. Nunc quare merore contraheris. numquid rex non
est tibi. aut consiliarius tuus perijt. quia prehendit te dolor sic parturien
tem. Dole et lamentare filia sion quasi parturiens. qz nunc
egredieris de ciuitate et habitabis in regione et uenies
usq; ad babylonem. Ibi liberaberis. ibi redimet te dns de
manu inimicorum tuorum. Et nunc congregate sunt sup te gen
tes multe que dicunt lapidetur. et aspiciat in sion oculus
nr. Ipsi autem non cognouerunt cogitationes dni. et non in
tellexerunt consilium eius. qz congregauit eos quasi fenum aree.
Surge et contere filia sion. qz cornu tuum ponam ferre
um. et ungulas tuas ponam ereas. et comminues populos
multos. et anathematizabis dno rapinas eor. et fortitudinem
eor dno uniuerse terre. Nunc uastabit filia latronis. obsi
dionem posuerunt sup nos. in uirga percutient maxil
lam iudicis isrl. Et tu bethleem ephrata. parula es in milibz iuda. ex te mihi egredietur qui sit
dnator in isrl. et egressus eius ab initio a diebz eternitatis.
Propt hoc dabit eos usq; ad tempus in quo parturiens
pariet. Reliquie fratrum eius conuertent ad filios isrl. et stabit
et pascet in fortitudine dni. in sublimitate nominis
dni dei sui. Et conuertent qz nunc magnificabit usq; ad
terminos terre. et erit iste pax assurus cum uenerit assur in terram
nram. et qm calcauerit in domibz nris. Et suscitabi
mus sup eum. vii. pastores. et octo principes homines. et
pascent terram assur in gladio. et terram nembrod in
lanceis eius. Et liberabit ab assur cum uenerit in finibz nris
cum calcauerit in finibz nris. et erunt reliquie iacob
in medio populorum multorum qui ros a dno et qui stille sup her
bam que non expectat uirum. et non prestolat filios hominum.
Et erunt reliquie iacob in gentibz in medio populorum mul
torum. qui leo in iumentis siluarum. et qui catulus leonis ru
giens in gregibz pastorum. qui cum intrauerit et conculcauerit
et ceperit. non est qui eruat. Et exaltabit manus tua sup hostes
tuos. et omes inimici tui interibunt.
.vii.
Et erit in die illa dicit dns auferam equos tuos de
medio tui. et disperdam quadrigas tuas. et perdam ci
uitates terre tue. et destruam omes munitiones tuas.
et auferam maleficia de manu tua. et diuinationes
non erunt in te. Et penitus faciam sculptilia tua et statuas
tuas de medio tui. et non adorabis ultra opa manuum
tuarum. et euellam lucos tuos de medio tui. et perdam ci
uitates tuas. et faciam in furore et in indignatione
ultionem in omnibz gentibz que non audierunt. Audite
que dns loquitur. Surge contende iudicio aduersum montes.
et audiant colles uocem tuam. Audiant montes iu
dicium dni. et fortia fundamenta terre. qz iudicium dni
cum populo suo. et cum isrl disceptabit. Populus meus quid
feci tibi. aut quid molestus fui tibi. Respondete mihi. qz eduxi
te de terra egypti. et de domo seruientium liberaui te.
et misi ante faciem tuam moysen et aaron et mariam.
Populus meus memento quso quid cogitauit balac rex
moab. et quid responderit ei balaam filius beor de se
thim usq; ad galgalam. ut cognoscas iusticias dni.
Quid dignum offeram dno. Curuem genu dei ex
celso. Numquid offeram ei holocaustomata. et uitulos
anniculos. Numquid placari potest dns in milibz ari
etum. aut in multis milibz hircorum pinguium. Num
quid dabo primogenitum meum pro scelere meo. fructum
uentris mei pro peccato anime mee. Indicabo tibi o homo
quid sit bonum. et quid dns querat a te. Vtique facere
iudicium et diligere misericordiam. et sollicitum ambulare cum deo tuo.
Vox dni ad ciuitatem clamat. et salutem erit
.viii.
nominibz non tuum. Audite tribz. Et quis approbabit illud. Adhuc ignis in domu impii. thesauri
mi iniquitatis. et mensura minor ira plena. Numquid iu

stificabo stateram impiam. ⁊ saccelli ponderis dolosa. In quibꝫ diuitiæ eoꝝ repletæ sunt iniquitate. ⁊ habitantes in ea loquebant mendaciũ. ⁊ lingua eoꝝ fraudulenta in ore eoꝝ. Et ego cepi percutere te plagione super peccatis tuis. Tu comedes ⁊ nõ saturabĩs. ⁊ humiliatio tua in medio tui. Et apprehendes ⁊ nõ saluabis. ⁊ quos saluauerit in gladio dabo. Tu seminabis ⁊ nõ metes. tu calcabis oliuam ⁊ nõ ungeris oleo. ⁊ mustum ⁊ nõ bibes uinũ. Et custodisti præcepta amri. ⁊ omne opus domus achab. ⁊ ambulasti in uoluptatibꝫ eoꝝ ut darem te in perditionẽ. ⁊ habitantes in ea in sibilum. ⁊ opprobriũ populi mei portabitis.

Væ mihi. quia factus sum sicut qui colligit in autumpno racemos uindemie. Non est botrus ad comedendũ. primaticum ficus desiderauit anima mea. Periit sanctus de terra. ⁊ rectus in hominibꝫ non est. omnes in sanguine insidiantur. uir fratrem suum uenatur ad mortem. malum manuum suarum dicunt bonum. Princeps postulat. ⁊ iudex in reddendo est. Et magnus locutus est desiderium animæ suæ. ⁊ conturbauerunt eam. Qui optimus in eis est. sicut paliurus. ⁊ qui rectus. sepes. dies speculationis tuæ. ·vi· ¶ qui spina de sepe. ne fidem habueritis tribulationi tuæ uenienti. nunc erit uastitas eoꝝ. Nolite credere amico. ⁊ nolite confidere in duce. Ab ea quæ dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui. quia filius contumeliam facit patri. filia consurget adversus matrem suam. nurus socrum suam. et inimici hominis domestici eius. Ego autem ad dominum aspiciam. exspectabo deum saluatorem meum. audiet me deus meus. Ne lætere inimica mea super me quia cecidi. consurgam. Cum sedero in tenebris. dominus lux mea est. Iram domini portabo quoniam peccaui ei donec iudicet causam meam. ⁊ faciat iudicium meum. Educet me in lucem. uidebo iustitiam eius. Et aspiciet me inimica mea. ⁊ operiet confusione. quæ dicit ad me. Ubi est dominus deus tuus. Oculi mei uidebunt in eam. nunc erit in conculcationem ut lutum platearum. Dies ut ædificentur macerie tue in die illa. longe fiet lex in die illa. et usque ad te uenient assur. ⁊ usque ad ciuitates munitas. Et a ciuitatibꝫ munitis usque ad fluuium. ⁊ ad mare de mari. ⁊ ad montem de monte. ⁊ erit terra in desolationem ipsis habitatoribus suis. ⁊ ipse fructum cogitationum eoꝝ. Pasce populum tuum in uirga tua gregem hereditatis tue. habitantes solos in saltu. in medio carmeli. Pascentur basan ⁊ galaad sicut dies antiquos. secundum dies egressionis tue de terra egypti ostendam ei mirabilia. uidebunt gentes. ⁊ confundentur super omni fortitudine sua. Ponent manum super os auris eoꝝ. surdæ erunt. lingent pulueres sicut serpentes. ueluti reptilia terræ perturbabuntur de cauernis suis. Domine deus noster. timebunt te. Quis deus similis tui qui auferens iniquitatem. et transiens peccata reliquiarum hereditatis tue. Non immittet ultra furorem suum. quoniam uoluntas misericordiæ est. Reuertetur ⁊ miserebitur nostri. deponet iniquitates nostras. ⁊ proiiciet in profundum maris omnia peccata nostra. Dabis ueritatem iacob. misericordiam abraham. quæ iurasti patribus nostris a diebus antiquis. Explicit micheas pphã.

Incipiunt capitula super naum pphãm. ·i·

De onere ninive. ⁊ q̃ mons eleus mouentur a facie dñi. ·ii·
Miserebitur dñs pp̃li sui. ⁊ iudas festiuitates reddit ⁊ uota ⁊ disperdentur sicut diripit ⁊ occidet. ·iii·
Q̃ dominator dñs ninive desolationem ⁊ sic inebriata est in malefactis suis sic iebriabitur pp̃ls miserus. ·iiii·
De debilitate pp̃lis ninive. ⁊ stupore pp̃li super destructione ⁊ plaga eius.

Incipit naum prophęta.

Atheus ſic in ordine primus ponit̄ euangliſta in iudea primus ſcripſit. & uocatione ad dñm ex publicanus actibus fuit. duorum in gñatione xp̄i principia ꝓſumens. unius ꝑma circumciſio carnis alterius ꝑ ſortem electio fuit. & ex utriusq; in patribus xp̄s fit. ſicq; quadrifario denario nr̄o triformit̄ poſito. principiū a credendi fide in electionis tps porrigens. & electio ī tūr mīgnationis diem dirigens. atq; a tranſmīgnatione uſq; ad x̄ deſinens decurſum aduent̄ dñi oſtendit gñationem. ut & nr̄o ſatisfaceret & tempi. & ſe quid eēt oſtendens. & deum in ſe opa monſtrans. etiam in his quorum gen̄ poſuit xp̄i opantis a principio teſtimoniū ſi negaret. Quarum omnium rerum tps. ordo. nr̄us. diſpoſitio ul' ratio q̄ fidei neceſſium ē. dns x̄ eſt. qui fis ē ex muliere. fis ſub lege. nat̄ ex uirgine. paſſus in carne. omia in cruce fix̄. ut triumphans ea in ſemet ipo reſurgens in corpe. & patris nom̄ in patribus filio. & filii nom̄ patri reſtituens in filiis. ſine principio ſine fine oſtendens unum ſe cum patre ē qui uni eſt. In quo euangliō utile deſiderantibus dñi ſic prima ul' media uel pfecta cognoſcē. ut & uocationē apli. & op euangliū & dilectionem dī in carne naſcentis p unum uſa legentes intelligant. atq; in eo quo apprehenſi ſūt̄ & apprehendere expetunt recognoſcant. Nobis enim hoc ſtudio arguenti fuit. & fidem facte rei tradere. & opantis dī intelligendā diligenter diſpoſitionē querentibus ſi tacere. Explicit ꝓlogus. Incipiunt capitula.

De geniatione xp̄i. .i.
De req̄ſitione magorū ubi x̄ naſcerent. .ii.
De receſſione dñi ab egypto in nazareth. .iii.
Ubi iohs peniam p̄dicat. .iv.
Ubi tēptat̄ ihc a diabolo. & ieiunauit xl. diebus & xl. noctibus. .v.
Ubi audito ihc q̄ iohs traditus eēt & ſeceſſit in galileā. .vi.
Ubi petrus & andreas piſcatores uocantur. .vii.
Ubi in uniuerſa docet ihc diſcipulos ſuos mandata. .viii.
Ubi dixit ihc non uenit ſoluere legē aut pphas ſed adimplere. .ix.

De mandatis antiquis ⁊ p̄sentibz. x.
De dilectione inimicoꝝ. xi.
De mīa faciendā ⁊ occlto ⁊ oꝛōne ñ longua. xii.
De eleemosinis ñ facie tube ⁊ de thesauro ⁊ celo. xiii.
De eo q̄ nullꝰ p̄t duob⁹ dñis seruire ⁊ de uolatilib⁹ ⁊ lilijs ag̃. xv.
De festuca ⁊ tre in oculo ⁊ de margaritis ñ mittendis ante porcos.
Vbi moneꝛ p angustā portam intrare. xvi.
⁊ cauendum a falsis pp̄his. xvii.
Vbi dic̄ ñ omnis qui dic̄ mihi dñe dñe intrabit in regnū celoꝝ ⁊ de domo edificanda sup̄ petram. xviii.
De lepso mundato. xix.
Vbi p̄m centurionis saluauit. xx.
Ubi socrm̄ petri a febribz liberauit. xxi.
Vbi quidam dix̄it ei. magr̄ seqūr te ⁊ alio dix̄. sequere me ⁊ in nauicla dormiens occupat a discipl̄is. xxii.
De duobz demoniacis ante quos nullꝰ p̄terat ⁊ future. xxiii.
Vbi paluꝯ ihc̄ ire ⁊ lectoꝝ ⁊ mathēm uocat de theloneo. xxiiii.
Ubi ph̄i arguit discipl̄os. q̄r dñs ⁊ publicanis ⁊ peccatoꝛibz manducat
Vbi reprehendit qd discipli iohis ieiunant ⁊ dñs ñ ieiunant. xxv. xxvi.
Vbi mulier a fluxu sanguinis sanat ⁊ filia p̄cipis suscitat.
Ubi ceci oclos aperuit ⁊ surdi ⁊ muti demoniū eiec̄. xxvii.
Vbi dic̄ messis multa. operarii pauci. dans apl̄is potestatem sup̄ demonia. xxviii. xxix.
Vbi noīa discipl̄oꝝ designatur ⁊ p̄hibet ne uadant ⁊ in uiā gentium.
Ubi de passionibz ihc̄ latenter ne ut eat occidi pp̄ eū. xxx.
Vbi dic̄ q̄ dilig̃ p̄fem aut matrem plꝰ q̄ me. ñ ē me dign̄. xxxi.
Vbi iohēs mittit discipl̄os q̄rens an ipe sit x̄c q̄ ip̄ exp̄ctabat xxxii.
Vbi dat sollicitudinē de p̄cul sedentibz in foro ⁊ improperat ciuitatibz. xxxiii.
Vbi gr̄ias ag̃ p̄ri q̄ secreta ñ reuelat sapientibz. xxxiv.
Ubi discipli spicas uellebant sabbat̄. xxxv.
Ubi mañ aridā sanauit ⁊ cec ⁊ muti cauit a demonio. xxxvi.
Vbi scribe ⁊ ph̄i signum petunt. xxxvii.
Ubi dñs remansit in naui ⁊ a pentibz quer̄. xxxix.
De eo q̄ cecidit seminare ⁊ de seminibz. xl.
De bono semine ⁊ de zizaniis ⁊ de grano sinapis. xli.
De thesauro in agro ⁊ rete misso in mare. xlii.
De unguento in q̄ iohēs decollat ⁊ de v. panib⁹ ⁊ ii. piscibz. xliii.
Vbi ihc̄ sup̄ mare ambulat ⁊ petr̄ eleuat. xliii.
Vbi uenit in tram genesareth ⁊ quicq̄ tetigerunt uestem ei⁹ sanati sunt. xlv
De eo q̄ inq̄dit in os ñ coinquinat hoīem. xlvi.
De muliere chananea ⁊ filiam ⁊ cat. xlvii.
Vbi ibat pauit de v. panib⁹ ⁊ pauci pisciblz ⁊ p̄cepit cauere a fermento pharisęoꝝ. xlviii.
Vbi interrogauit discipl̄os q̄m eū dic̄ hoīes ee. xlix.
Ubi p̄dix̄it appropinquare die passionis sue. l.
Vbi in monte cū moyse ⁊ helya apparuit ⁊ de hoīe ⁊ filium a demonio curauit q̄ si potuer̄t care discipli. li.
Vbi q̄rit q̄s sit maioꝛ in regno celoꝝ ⁊ de oue q̄ errauit. lii.
De correptione fr̄is ⁊ quoties debeat indulgi. liii.
De seruo ⁊ debitū dimittum ⁊ seruo si dimittit. liiii.
Ubi ph̄i tēptant ⁊ an uxoꝛem dimitti liceat. lv.
De infantibz ut eis manꝰ ponat ihc̄ ⁊ de eo qui interrogat quid bonū faciendo inueniat uitam ēternam. lvi.
De agricola inducente operarios equali mercede. lvii.
De filiis zebedei petente filius sedem in regno. lviii.
De cecis sec̄unda ante dñm. lix.
Vbi discipl̄os mittit ad duc̄ pullū ⁊ honorat a turbis. lx.
De arbore ⁊ maledix̄it ⁊ de filiis q̄s p̄r̄ mittit in uineā. lxi.
De agricola qui uineā plantatā locauit colonis. lxii.
Vbi temptat ihc̄ an liceat censū dare cesari. lxiii.

Vbi de sepultura muliere tentat ⁊ interrogat a legis doctore q̄d sit mandatū nouū magnū in lege ⁊ ipe q̄rit a p̄his. lxiiii.
De scribis ⁊ ph̄is sedentibz sup̄ cathedrā moysi. sup̄ q̄ filii sut. lxiiii.
De ementibz in templo ⁊ auro ⁊ altari. lxv.
Vbi arguit iherlim q̄ occidit zachariā. lxvi. ⁊ eu dñm.
De eo q̄d ñ relinq̄tur in templo lapis sup̄ lapidem ⁊ de aduen. lxvii.
De .x. uirginibz ⁊ de eo q̄ simul habent bona ⁊ ppg̃ placet ē. lxviii.
De segetatione ouiū a dextris ⁊ edoꝝ a sinistris. lxix.
De eo q̄d de passione discipli p̄monent. lxx.
De die azimoꝝ ⁊ ubi oporteat parare pascha. lxxi.
Vbi dic̄ q̄ unꝰ discipl̄oꝝ tradet eum. lxxii. lxxiii.
Vbi petr̄ negato p̄dix̄. orat x̄c ut ñ deficiat ab eo calix iste ñ nisi ipe uult. ⁊ sic pr̄ simul. Judas uenit ⁊ cū eo turba multa. dat iudas eis signū. q̄ osculat̄ fuit ⁊ ipe ē tenete eū. petr̄ abscidit auriculā malchi ⁊ increpat̄ a dño. lxxiiii.
Dicit ihc̄ ebis tanq̄ ad latronē existis cū gladiis ⁊ fustibz p̄hendē me. ducit̄ ad caiphā eo relicto. fugiunt discipli. multi in ip̄m ferūt testimonia falsa. In fine eleuantes alapas ei dant dicentes. ꝓphetiza q̄s ē qui te percussit. petr̄ negato ip̄le. ⁊ ipe recordat̄ ubi dñs fletu amare. lxxv.
Principes sacdotū ⁊ seniores pp̄ deliberant. ut x̄s ꝑ mortē tradant. vinctum adduc̄ pilato. Judas penitē ductꝰ. reddit principibz sacdotū ⁊ senioribz pp̄li .xxx. argenteos ⁊ abiens laqueo se suspendit. De .xxx. argenteis ag̃ figuli emit ⁊ i sepultā peregrinoꝝ ⁊ uocat̄ ag̃ aceldemac. i. ag̃ sanguinis. lxxvi.
Ihc̄ stat ante p̄sidem ⁊ accusat̄ a sacdotibz ⁊ senioribz pp̄. ñl eis respondens. pilat̄ mirat̄ est dimittere x̄m. f. consuetudinē diei sollemp̄nis. ⁊ petunt barrabā. Pilat̄ lauat manꝰ suas coram pp̄o. dicens. Innocens ego a sanguine iusti hui. barrabas dimittit̄ x̄c crucifigit̄ ⁊ cū eo duo latrones. a sexta hora usq; ad nonā. tenebr̄ fuer̄ sup̄ ra. ⁊ circa horā nonā x̄c emittit ꝑm. velū templi scissū ē. ⁊ ita mota ē. ⁊ petre scisse sūt. ⁊ monumenta aperta sūt. corpa multoꝝ sanctoꝝ resurgt. lxxvii.
Vero ioseph petit corp̄ ihu ⁊ accepto corpe inuoluit illud in syndone munda. ⁊ posuit illud in monumento suo nouo. ⁊ posito magno lapide ad ostium monumenti. abiit. lxxviii.
Sabbo principes sacdotū ⁊ phi petr̄ a pilato. ut faciat custodire sepulchrū ihu. ne uenient discipli ei⁹ furentur eum. ⁊ dicant surrexit. ⁊ accepta licentia abeuntes munierūt sepulchrū signantes lapidē cū custodib⁹. lxxix.
De resurrectione ihu ⁊ doctrina. ⁊ manda to bapti.

Incipit euangliū scdm mathm. i.

Liber generationis ihu xp̄i filii dauid. filii abraham. Abraham genuit ysaac. Ysaac aut̄ genuit iacob. Jacob aut̄ genuit iudam ⁊ frēs ei. Judas aũ gñ pharez ⁊ zarā de thamar. Pharez aut̄ gñ esrom. Esrom aũ gñ aram. Aram aũ genuit aminadab. Aminadab aũ gñ naason. Naason aũ genuit salmon. Salmon aut̄ genuit booz de ra hab. Booz aũ gñ obeth ex ruth. Obeth aut̄ gñ iesse. Jesse aũ genuit dauid regem. Dauid aũ rex genuit salomonē ex ea que fuit urie. Salomon aũ genuit roboam. Roboam aũ genuit abiam. Abias aũ genuit asa. Asa aũ gñ iosaphath. Josaphath aũ gñ ioram. Joram aũ gñ oziam. Ozias aũ gñ ioathan. Joathan aũ gñ achaz. Achaz aũ gñ ezechiam. Ezechias aũ gñ manassen. Manasses aũ gñ amon. Amon aũ gñ iosiam. Josias aut̄ gñ iechoniā ⁊ frēs ei in tpe migrone babylonis. Et post tpm migrone babylonis. iechonias gñ salatiel. Salatiel aut̄ gñ zorobabel. Zorobabel aũ gñ abiud. Abiud aũ gñ eliachim. Eliachim aũ gñ azor. Azor aũ genuit sadoch. Sadoch aũ gñ achim. Achim aũ gñ eliud. Eliud aũ gñ eleazar. Eleazar aũ gñ mathan. Mathan aũ gñ iacob. Jacob aut̄ gñ ioseph uirũ marie. de

qua natꝰ ē ihc. qui uocat xp̄c. Oēs ig gnationes ab abrahā
usq; ad dd̄. gnationes xuu. Et a dauid usq; ad trāsmigrōnē
babilonis. gnationes xuu. Et a trāsmigratione babilonis
usq; ad xp̄m. gnationes xuu. Xp̄i aut gnatio. sic erat.
Cum esset desponsata mat̄ ei maria ioseph anteqū uenirent
in unū inuenta ē in utero hab̄ns de spū scō. Ioseph aut uir ei cum esset
iust⁹ & nollet eam traducere. uoluit occulte dimittere eā. Hec
aut eo cogitante. ecce angl⁹ dn̄i apparuit ei in somnis dicens.
Ioseph fili dauid noli timere accipe mariā coniugē tuā.
Qd enim in ea natum ē. de spū scō est. Pariet aut filiū & uoca-
bis nom̄ ei ihm. Ipse enim saluum faciet pplm suum a
peccatis eor. Hoc aut totum factum ē. ut adimpleret qd dict⁹ ē
a dn̄o p ppham dicentē. Ecce uirgo in utero habebit & pariet
filiū & uocabit nom̄ ei emmanuel. qd ē interpretatum nob̄
dꝰ. Exurgens aut ioseph a somno. fecit sic̄ precep̄ ei angl⁹
dn̄i. Et accepit coniugem suam. & n̄ cognoscebat eam donec
peperit filiū suū p̄mogenitū & uocauit nom̄ ei ihm. ·ii·
Cum ig natus esset ihc in bethleem iude in diebus herodis regis.
ecce magi ab oriente uenerunt in hierosolymā dicentes. Ubi
est qui natus ē rex iudeor. Uidimus enim stellam ei in oriente & ue-
nimus adorare eum. Audiens aut herodes rex turbat⁹ ē. & omis
hierosolyma cū illo. Et congregans omes principes sacerdotū & scri-
bas pli. sciscitabat ab eis. ubi xp̄s nasceret. At illi dixerunt ei.
In bethleem iude. Sic enim scriptum ē p ppham. Et tu bethlee
terra iuda. nequaq̄ minima es in principibus iuda. Ex te enim exiet
dux qui regat pplm meum israel. Tunc herodes clam uocatis magis
diligenter didicit ab eis tps stelle que apparuit eis. Et mittens
illos in bethleem dixit. Ite & interrogate diligenter de puero. cum
inueneritis renunciate mihi. ut & ego ueniens adorem eum. Qui cū
audissent regem abierūt. Et ecce stella quā uiderant in oriente antece-
debat eos. usq; dum ueniens staret supra ubi erat puer.
Uidentes aut stellam. gauisi sunt gaudio magno ualde. Et in-
trantes domum. inuenerunt puerum cū maria matre eius. Et procidentes
adorauerunt eum. Et apertis thesauris suis. obtulerunt ei munera.
aurum thus & murram. Et responso accepto in somnis ne
redirent ad herodem. per aliam uiam reuersi sunt in regionem suam.
Qui cum recessissent. ecce angl⁹ dn̄i apparuit in somnis
ioseph dicens. Surge & accipe puerum & matrem eius. & fuge in egyp
tum & esto ibi usq; dum dicam tibi. Futurum ē enim ut herodes
querat puerum ad perdendum eum. Qui consurgens accepit
puerum & matrem eius nocte. & recessit in egyptum. & erat ibi usq;
ad obitum herodis. Ut adimpleret qd dict⁹ ē a dn̄o p ppham di-
centē. Ex egypto uocaui filium meum. Tunc herodes uidens quod il-
lusus esset a magis. uehementer ualde. Et mittens occidit omes pue-
ros qui erant in bethleem & in omibus finibus eius. a bimatu &
infra secm tps quod exquisierat a magis. Tunc adimpletum
est quod dictum ē p hieremiam ppham dicentē. Uox in rama audita
est ploratus & ululatus multus. rachel plorans filios suos & noluit
consolari. quia non sunt. ·iii·
Defuncto aut herode. ecce apparuit angl⁹ dn̄i in somnis
ioseph in egypto dicens. Surge & accipe puerum & matrem eius
& uade in terram israel. Defuncti sunt enim qui querebant animam
pueri. Qui consurgens accepit puerum & matrem eius. & uenerunt in ter-
ram israel. Audiens aut quod archelaus regnaret in iudea p
patre suo herode. timuit illo ire. Et admonit⁹ in somnis.
secessit in partes galilee. Et ueniens habitauit in ciuitate
que uocat⁹ nazareth. Ut adimpleret qd dict⁹ ē p pphas quoniam
nazareus uocabitur. ·iiii·
In diebus aut illis uenit ioh̄s baptista p̄dicans in deserto iu-
dee & dicens. Penitemini. appropinquabit enim regnum celo-
rum. Hic ē enim qui dict⁹ ē p ysaiam pphām dicentē. Uox clamā-
tis in deserto. parate uiam dn̄i. rectas facite semitas eius. Ipse
aut ioh̄s habebat uestimentum de pilis camelorum & zonam pel-
liceam circa lumbos suos. Esca aut eius erat locuste & mel silue-
stre. Tunc exibat ad eum hierosolyma & omis iudea & omnis
regio circa iordanem & baptizabantur in iordane ab eo confi-
tentes peccata sua. Uidens aut multos phariseorum & saduceorum uen-
ientes ad baptismum suum. dixit eis. Progenies uiperarum quis de-
monstrauit uobis fugere a uentura ira. Facite ig fructus dignos
penitentie. Et ne uelitis dicere intra uos patrem habemus abraham. Dico
enim uob quoniam potens est ds de lapidibus istis suscitare filios abrahe.
Jam enim securis ad radicem arborum posita est. Omis ig ar-
bor que non facit fructum bonum. excidet & in ignem mittet.
Ego quidem uos baptizo in aqua in penitentiam. qui aut post me
uenturus est fortior me est. cuius non sum dignus calciamenta portare. ipse
uos baptizabit in spū scō & igni. Cuius uentilabrum in manu
sua. & permundabit aream suam & congregabit triticum suum in
horreum. paleas aut comburet igni inextinguibili. Tunc ue-
nit ihc a galilea in iordanem ad iohem ut baptizaret ab eo.
Joh̄s aut prohibebat eum dicens. Ego a te debeo baptizari & tu
uenis ad me. Respondens aut ihc dixit ei. Sine modo. sic enim
decet nos implere omnem iustitiam. Tunc dimisit eum. Bapti-
zatus aut ihc protinus ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei celi
& uidit spm dei descendentem sicut columbam & uenientem sup se.
Et ecce uox de celis dicens. Hic est filius meus in dilect⁹ in quo mihi placu-
it. ·v·
Tunc ihc ductus est in desertum a spū ut
temptaret a diabolo. Et cum ieunasset quadraginta
noctibus post ea esuriit. Et accedens temptator dixit ei. Si filius
dei es. dic ut lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit.
Scriptum est. non in solo pane uiuit ho. sed in omi uerbo qd procedit
de ore dei. Tunc assumpsit eum diabolus in scam ciuitatem &
statuit eum supra pinnaculum templi & dixit ei. Si filius dei es. mit-
te te deorsum. Scriptum est enim. quia angelis suis mandauit de
te & in manibus tollent te ne forte offendas ad lapidem pedem
tuum. Ait illi ihc rursum. Scriptum est. non temptabis dnm
deum tuum. Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum
ualde & ostendit ei omnia regna mundi & gloriam eorum & dixit illi.
Hec omnia tibi dabo. si cadens adoraueris me. Tunc dicit ei ihc.
Uade sathanas. scriptum est enim. Dnm deum tuum adorabis.
& illi soli seruies. Tunc reliquit eum diabolus. & ecce angeli
accesserunt & ministrabant ei. ·vi·
Cum aut audisset ihc quod ioh̄s traditus esset secessit in galile-
am. Et relicta ciuitate nazareth. uenit & habitauit in ca-
pharnaum maritimam in finibus zabulon & neptalim ut ad-
impleretur qd dictum est p ysaiam pphām. Terra zabulon & ter-
ra neptalim uia maris trans iordanem galilee. Gentium pplus
qui sedebat in tenebris lucem uidit magnam. & sedentibus in
regione umbre mortis lux orta est eis. Et exinde cepit ihc predi-
care & dicere. Penitemini. appropinquabit enim regnum celo-
rum. ·vii·
Ambulans aut iuxta mare galilee uidit duos
fratres. Symonem qui uocat⁹ petrus & andream fratrem eius
mittentes rete in mare. Erant enim piscatores. Et ait illis.
Uenite post me & faciam uos fieri piscatores hominum.
At illi continuo relictis retibus secuti sunt eum. Et procedens inde
uidit alios duos fratres. iacobum zebedei & iohem fratrem eius in
naui cū zebedeo patre eorum reficientes retia sua & uocauit eos.
Illi aut statim relictis retibus & patre secuti sunt eum. Et cir-
cuibat ihc totam galileam docens in synagogis eorum & predi-
cans euangelium regni & sanans omnem languorem & omnem
infirmitatem in plo. Et abiit opinio eius in totam syriam
& obtulerunt ei omnes male habentes uariis languoribus & tor-
mentis comprehensos. Et qui demonia habebant & lunaticos &
paraliticos & curauit eos & secute sunt eum turbe multe de
galilea & decapoli & hierosolymis & iudea & de trans iordanem.
Uidens aut turbas ascendit in montem & ·viii·
cum sedisset accesserunt ad eum discipuli eius. Et aperiens

os suum: docebat eos dicens. Beati pauperes spu: qm ipoꝝ ē regnū
celoꝝ. Beati mites: qm ipi possidebunt terram. Bi q nu lugent: qm
ipi consolabunt. Bi qui esuiunt ⁊ sitiunt iustitiam: qm ipi
saturabunt. Bi miāes: qm ipi miam obtinebunt. Bi mun
do corde: qm ipi dm uidebūt. Bi pacifici: qm ipi filii dī uocabū
tur. Bi qui psecutionē patiunt ꝓp iustitiam: qm ipoꝝ est
regnum celoꝝ. Bi estis cum maledixerint uob hoīes ⁊ pse cuti
uos fuerint ⁊ dixerint omē malum adūsum uos mentientes ꝓp
me. Gaudete ⁊ exultate: qm merces uīa copiosa ē in celis: sic e
nim psecuti sūt ꝓphas qui fuerūt ante uos. Vos estis sal terre. Qđ
si sal euanuerit in quo saliet: ad nichilum ualet ultra
nī ut mittat foras ⁊ conculcet ab hominibꝫ. Vos estis lux mūi
di. Non potest ciuitas abscondi supꝝ montē posita. neq; ac
cendunt lucernam ⁊ ponunt eam sub modio sꝫ sup candela
brum ut luceat oībꝫ qui in domo sūt. Sic luceat lux uīa
coram hoībꝫ ut uideant uīa bona opa ⁊ glificent patrem
uīm qui in celis ē. ·ix·

Nolite putare qm uenerim soluere legem aut pphas. Non ue
ni soluere sꝫ adimplere. Amē quippe dico uobis donec tran
seat celum ⁊ terra iota unum aut unus apex non preterit a lege
donec omia fiant. Qui aut̄ soluerit unū de mandatis istis
minimis ⁊ docuerit sic hoīes: minimus uocabit in regno
celoꝝ. Qui aut̄ fecerit ⁊ docuerit: hic magnus uocabit in reg
no celoꝝ. Dico aut̄ uob qm nisi habundauerit iustitia uīa
plus qm scribarū ⁊ phariseoꝝ: nō intrabitis in regnū celoꝝ.
Audistis qꝝ dctum est antiquis: Non occides. Qui aut occiderit:
reus erit iudicio. Ego aut̄ dico uobis: qꝝ omis qui irascit
frī suo reus erit iudicio. Qui aut̄ dixerit fratri suo racha: reus
erit concilio. Qui aut̄ dixerit fatue: reus erit gehenne ignis.
Si ergo offers munus tuum ad altare ⁊ ibi recordatus fuerit qꝝ frr
tuus hꝫ aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum
ante altare ⁊ uade prius reconciliare frī tuo ⁊ tūc ueniens of
feres munus tuum. Esto consentiens aduersario tuo cito
dum es in uia cum eo: ne forte aduersarius tradat te iudici.
⁊ iudex tradat te ministro ⁊ in carcerem mittaris. Amen
dico tibi non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem.
·x·
Audistis qꝝ dictum est antiquis: Non
mechabris. Ego aut̄ dico uob qm omis qui uidit mulie
rem ad concupiscendū eam: iam mechatus est eam in corde
suo. Qđ si oculus tuus dexter scandalizat te: erue eum ⁊ pro
ce abs te. Expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum: qꝝ
totum corpus tuum mittatur in gehennā. Et si dextera manus
tua scandalizat te: abscide eam ⁊ proce abs te. Expedit enim
tibi ut pereat unum membrorum tuorum: qꝝ totum corpus tuum eat
in gehennā. Dictum est aut̄ quicūq; dimiserit uxorē suā
det illi libellum repudii. Ego aut̄ dico uobis qm omnis qui
dimiserit uxorē suam excepta fornicationis causa: facit eam
mechari. Et qui dimissam duxerit adulterat. Iterum audi
stis qꝝ dctum est antiquis: Non periurabis. reddes aut̄ dño iu
rameta tua. Ego aut̄ dico uobis omino nō iurare. neq; per ce
lum: qꝝ thronus dī est. neq; per terram qꝝ scabellum est pedum
eius. neq; per hierosolymā: qꝝ ciuitas est regis magni. neq; per caput
tuum iurabis: qꝝ nō potes unum capillum album facere
aut nigrum. Sit aut̄ sermo uester: est est. non non. Qđ autem
his habundantius est a malo est. Audistis qꝝ dctum est. Oculum
pro oculo: dentem pro dente. Ego aut̄ dico uobis nō resistere malo.
Sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam: præbe
illi alteram. ⁊ ei qui uult tecum iudicio contendere ⁊ tunicam
tuam tollere: remitte ei ⁊ pallium. Et quicūq; angariauerit
te mille passus: uade cum illo alia duo. Qui petit a te
da ei. ⁊ uolenti mutuari a te: ne auertaris. ·xi·
Audistis qꝝ dictum est. Diliges proximum tuum ⁊ odio habe
bis inimicum tuum. Ego aut̄ dico uob: diligite inimi
cos uestros: benefacite his qui oderunt uos: ⁊ orate pro persequentibꝫ
⁊ calumpniantibꝫ uos. ut sitis filii patris uestri qui in celis est.
qui solem suum facit oriri super bonos ⁊ malos: ⁊ pluit super
iustos ⁊ iniustos. Si enim diligitis eos qui uos diligunt: quam
mercedem habebitis? Nonne ⁊ publicani hoc faciunt? Et si
salutaueritis fres uestros tantum quid amplius facitis? Nonne ⁊
ethnici hoc faciunt? Estote ergo uos perfecti: sicut ⁊ pr uester celestis
perfectus est. ·xii·
Attendite ne iustitiam uestram
faciatis coram hominibꝫ ut uideamini ab eis. Alio
quin mercedem non habebitis apud patrem uestrum qui in celis est.
Cum ergo facis elemosinam: noli tuba canere ante te sicut ypocrite
faciunt in synagogis ⁊ in uicis ut honorificentur ab hoībꝫ.
Amen dico uobis receperunt mercedem suam. Te autem faciente
elemosinam: nesciat sinistra tua quid faciat dextera
tua. ut sit elemosina tua in abscondito. ⁊ pr tuus qui
uidet in abscondito reddet tibi. Et cum oratis: non eritis sicut
ypocrite qui amant in synagogis ⁊ in angulis platearum
stantes orare ut uideantur ab hominibꝫ. Amen dico uobis receper
unt mercedem suam. Tu autem cum oraueris intra in cubiculum
tuum. ⁊ clauso ostio ora patrem tuum in abscondito. ⁊ pr tuus
qui uidet in abscondito reddet tibi. Orantes autem nolite multum
loqui sicut ethnici. Putant enim qꝝ in multiloquio suo
exaudiantur. Nolite ergo assimilare eis. Scit namq; pr uester quid
opus sit uobis antequam petatis eum. Sic ergo uos orabitis. Pater
noster qui es in celis sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum.
fiat uoluntas tua sicut in celo ⁊ in terra. Panem nostrum cotidianum
da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra. Sicut ⁊ nos di
mittimus debitoribus nostris. Et ne inducas nos in temptationem.
sꝫ libera nos a malo. Si enim dimiseritis hominibꝫ peccata eoꝝ:
dimittet ⁊ uob pater uester celestis delicta uestra. Si aut̄ non dimiseri
tis hoībꝫ: nec pr uester dimittet peccata uestra. ·xiii·
Cum autem ieiunatis nolite fieri sicut ypocrite tristes. Exte
minant enim facies suas: ut pareant hominibꝫ ieiunantes. Amen dico uobis qꝝ receperunt mercedem suam. Tu aut̄
cum ieiunas unge caput tuum ⁊ faciem tuam lauа. ne
uidearis hominibꝫ ieiunans. sed patri tuo qui ē in abscon
dito. ⁊ pr tuus qui uidet in abscondito reddet tibi. Thesau
rizate aut̄ uob thesauros in celo: ubi neq; erugo. neq; tinea
demolitur. ⁊ ubi fures non effodiunt nec furantur. Vbi enim ē
thesaurus tuus: ibi ē ⁊ cor tuum. Lucerna corporis tui oculus
tuus. Si fuerit oculus tuus simplex: totum corpus tuum lucidum
erit. Si aut̄ oculus tuus nequam fuerit: totum corpus tuum tene
brosum erit. Si ergo lumen quod in te est tenebre sunt: ipse te
nebre quante erunt. Nemo potest duobus dnis seruire.
Aut enim unum odio habebit ⁊ alterum diliget. aut unum sus
tinebit ⁊ alterum contemnet. Non potestis deo seruire ⁊ mam
mone. Ideo dico uobis ne solliciti sitis aie uestre quid man
ducetis. neq; corpi uestro quid induamini. Nonne aia plus
est quam esca. ⁊ corpus plus quam uestimentum? Respicite uola
tilia celi quoniam non seminant neq; metunt. neq; congregant in
horrea. ⁊ pr uester celestis pascit illa. Nonne uos magis pluris
estis illis? Quis aut̄ uestrum cogitans potest adicere ad staturam
suam cubitum unum? Et de uestimento quid solliciti estis?
Considerate lilia agri quomodo crescunt. Non laborant neq; nent.
Dico aut̄ uobis quoniam nec salomon in omni gla sua coopertus est sicut
unum ex istis. Si aut̄ fenum agri quod hodie est ⁊ cras in cli
banum mittitur deus sic uestit quanto magis uos modicе fidei.
Nolite ergo solliciti esse dicentes: quid manducabimus aut quid
bibemus aut quo operiemur. Hec omnia enim gentes inquirunt.
Scit enim pr uester quia horum omnium indigetis. Querite aut̄ pri
mum regnum dei ⁊ iustitiam eius ⁊ omnia hec adicientur uobis.
Nolite ergo esse solliciti in crastinum. Crastinus enim dies sol
licitus erit sibi ipsi. Sufficit diei malitia sua. ·xv·

xlij. xlij.
xliij. xliij.
xliij. xliij.
xliij. xliij.
xlv. xlv.
xlvi. xlvi.
xlvij. xlvij.
xlviij. xlviij.
xlix xlix
l. l.

Nolite iudicare ut nō iudicemini. In quo enim iudicio iudicaueritis iudicabimini. et in qua mensura mensi fuerit remetietur uobis. Quid autē uides festucam in oculo fratris tui et trabem in oculo tuo non uides. Aut quōmodo dicis fratri tuo. sine eiciam festucam de oculo tuo. et ecce trabes est in oculo tuo. Hypocrita eice primum trabem de oculo tuo et tunc uidebis eicere festucam de oculo fratris tui. Nolite dare sanctum canibus. neque mittatis margaritas uestras ante porcos. ne forte conculcent eas pedibus suis. et conuersi dirumpant uos. Petite et dabitur uobis. Querite et inuenietis. Pulsate et aperietur uobis. Omnis enim qui petit accipit. et qui querit inuenit. et pulsanti aperietur. Aut quis est ex uobis homo quem si petierit filius suus panem. nunquid lapidem porriget ei. aut si piscem petierit nunquid serpentem porriget ei. Si ergo uos cum sitis mali nostis bona data dare filiis uestris quanto magis pater uester qui in celis est dabit bona petentibus se. Omnia ergo quecumque uultis ut faciant uobis homines. et uos facite illis. Hec est enim lex et prophete.

Intrate per angustam portam. quia lata et spatiosa uia que ducit ad perditionem. et multi sunt qui intrant per eam. Quam angusta porta et arcta uia que ducit ad uitam. et pauci sunt qui inueniunt eam. Attendite a falsis prophetis qui uenunt ad uos in uestimentis ouium. intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis uuas aut de tribulis ficus. Sic omnis arbor bona fructus bonos facit. mala autem arbor fructus malos facit. Non potest arbor bona fructus malos facere. neque arbor mala fructus bonos facere. Omnis arbor que non facit fructum bonum. excidetur et in ignem mittetur. igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum celorum. sed qui facit uoluntatem patris mei qui in celis est ipse intrabit in regnum celorum. Multi dicent mihi in illa die. domine domine nonne in nomine tuo prophetauimus. et in nomine tuo demonia eiecimus. et in nomine tuo uirtutes multas fecimus. Et tunc confitebor illis quia nunquam noui uos. Discedite a me qui operamini iniquitatem. Omnis ergo qui audit uerba mea hec et facit ea. assimilabitur uiro sapienti qui edificauit domum suam supra petram. Descendit pluuia et uenerunt flumina et flauerunt uenti et irruerunt in domum illam et cecidit. fundata enim erat supra petram. Et omnis qui audit uerba mea hec et non facit ea. similis erit uiro stulto qui edificauit domum suam supra harenam. Descendit pluuia et uenerunt flumina et flauerunt uenti et irruerunt in domum illam et cecidit. et fuit ruina eius magna. Et factum est cum consummasset ihesus uerba hec admirabantur turbe super doctrina eius. erat enim docens eos sicut potestatem habens et non sicut scribe eorum et pharisei.

Cum autem descendisset de monte secute sunt eum turbe multe. et ecce leprosus ueniens adorabat eum dicens. Domine si uis potes me mundare. Et extendens ihesus manum tetigit eum dicens. Uolo mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi ihesus. Vide nemini dixeris. sed uade ostende te sacerdoti et offer munus quod precepit moyses in testimonium illis.

Cum autem introisset capharnaum accessit ad eum centurio rogans eum et dicens. Domine puer meus iacet in domo paralyticus et male torquetur. Et ait illi ihesus. Ego ueniam et curabo eum. Et respondens centurio ait. Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum. sed tantum dic uerbo et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate habens sub me milites. Et dico huic uade et uadit. et alio ueni et uenit. Et seruo meo fac hoc et facit. Audiens autem ihesus miratus est et sequentibus se dixit. Amen dico uobis non inuenio tantam fidem in israel. Dico autem uobis quod multi ab oriente et occidente uenient et recumbent cum abraham et ysaac et iacob in regno celorum. filii autem regni eicientur in tenebras exteriores. ibi erit fletus et stridor dentium. Et dixit ihesus centurioni. Vade et sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora.

Et cum uenisset ihesus in domum petri. uidit socrum eius iacentem et febricitantem et tetigit manum eius et dimisit eam febris et surrexit et ministrabat eis. Vespere autem facto obtulerunt ei multos demonia habentes et eiciebat spiritus uerbo et omnes malefice habuit et curauit. ut adimpleretur quod dictum est per ysaiam prophetam dicentem. Ipse infirmitates nostras accepit et egritudines portauit. Videns autem ihesus turbas multas circa se iussit ire trans fretum.

Et accedens unus scriba ait illi. Magister sequar te quocumque ieris. Dicit ei ihesus. Vulpes foueas habent et uolucres celi nidos. filius autem hominis non habet ubi caput reclinet. Alius autem de discipulis eius ait illi. Domine permitte me primum ire et sepelire patrem meum. Ihesus autem ait illi. Sequere me et dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Et ascendente eo in nauiculam secuti sunt eum discipuli eius. Et ecce motus magnus factus est in mari ita ut nauicula operiretur fluctibus. Ipse uero dormiebat. Et accesserunt et suscitauerunt eum dicentes. Domine saluum nos fac perimus. Et dicit eis. Quid timidi estis modicе fidei. Tunc surgens imperauit uentis et mari et facta est tranquillitas magna. Porro homines mirati sunt dicentes. Qualis est hic. quia uenti et mare obediunt ei.

Et cum uenisset trans fretum in regionem gerasenorum occurrerunt ei duo habentes demonia de monumentis exeuntes ualde ita ut nemo posset transire per uiam illam. Et ecce clamauerunt dicentes. Quid nobis et tibi ihesu fili dei. Ueni huc ante tempus torquere nos. Erat autem procul ab illis grex porcorum multorum pascens. Demones autem rogabant eum dicentes. Si eicis nos. mitte nos in gregem porcorum. Et ait illis. Ite. At illi exeuntes abierunt in porcos. Et ecce impetu abiit totus grex per precipitium in mare et mortui sunt in aquis. Pastores autem fugerunt. et uenientes in ciuitatem nuntiauerunt omnia et de his qui demonia habuerant. et ecce tota ciuitas exiit obuiam ihesu. et uiso eo rogabant ut transiret a finibus eorum.

Et ascendens in nauiculam transfretauit et uenit in ciuitatem suam. Et ecce offerebant ei paraliticum in lecto iacentem. Uidens autem ihesus fidem illorum dixit paralitico. Confide fili. remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se. Hic blasphemat. Et cum uidisset ihesus cogitationes eorum dixit. Ut quid cogitatis mala in cordibus uestris. Quid est facilius dicere dimittuntur tibi peccata aut dicere surge et ambula. Ut autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata. Tunc ait paralitico. Surge tolle lectum tuum et uade in domum tuam. Et surrexit et abiit in domum suam. Uidentes autem turbe timuerunt et glorificauerunt deum qui dedit potestatem talem hominibus.

Et cum transiret inde ihesus uidit hominem sedentem in theloneo matthaeum nomine. Et ait illi. Sequere me. Et surgens secutus est eum. Et factum est discumbente eo in domo ecce multi publicani et peccatores uenientes discumbebant cum ihesu et discipulis eius. Et uidentes pharisei dicebant discipulis eius. Quare cum publicanis et peccatoribus manducat magister uester. At ihesus audiens ait. Non est opus ualentibus medicus sed male habentibus. Euntes autem discite quid est misericordiam uolo et non sacrificium. Non enim ueni uocare iustos sed peccatores.

Tunc accesserunt ad eum discipuli iohannis dicentes. Quare nos et pharisei ieiunamus frequenter. discipuli autem tui non ieiunant. Et ait illis ihesus. Numquid possunt filii sponsi lugere quamdiu cum illis est sponsus. Uenient autem dies cum auferetur ab eis sponsus et tunc ieiunabunt. Nemo autem immittit commissuram panni rudis in uestimentum

uestul. Tollit enim plenitudinem ei a uestimento. ꝛ peior scis
sura fit. Nec mittunt uinum nouum in utres ueteres. alio
quin rumpunt utres ꝛ uinum effunditur ꝛ utres pereunt. sed
uinum nouum in utres nouos mittunt ꝛ ambo conseruantur.
Hec illo loquente ad eos: ecce princeps unus accessit ꝛ adorabat eum
dicens. Quia filia mea modo defuncta est. sed ueni ꝛ impone manum tuam ei ꝛ
Et surgens sequebatur eum ihc ꝛ xxxvi. simul
discipuli eius. Et ecce mulier que sanguinis fluxum patiebatur
xii. annis accessit retro ꝛ tetigit fimbriam uestimenti eius.
Dicebat enim intra se. Si tetigero tm uestimentum eius. salua ero.
At ihc conuersus ꝛ uidens eam dixit. Confide filia. fides tua te
saluam fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora. Et cum
uenisset ihc in domum principis ꝛ uidisset tibicines ꝛ turbam tumultuantem. dicebat. Recedite. non enim mortua
puella. sed dormit. Et deridebant eum. Et cum ejecta esset turba. intrauit ꝛ tenuit manum eius ꝛ surrexit puella ꝛ exiit
fama hec in uniuersam terram illam. xxxvii.
Et inde transeunte inde ihu. secuti sunt eum duo ceci clamantes ꝛ
dicentes. Miserere nobis fili dauid. Cum autem uenisset do
mum accesserunt ad eum ceci ꝛ dicit eis ihc. Creditis quia possum
hoc facere uobis. Dicunt ei. Utique dne. Tunc tetigit oculos eorum
dicens. Secundum fidem uestram fiat uobis. Et aperti sunt oculi eorum. Et
comminatus est illis ihc illis dicens. Videte ne quis sciat. Illi autem
exeuntes diffamauerunt illum in tota terra illa. Ipsis
autem illis exeuntibus obtulerunt ei hominem mutum demonium habentem. Et
ejecto demonio locutus est mutus ꝛ mirate sunt turbe dicentes
numquam apparuit sic in isrl. Pharisei autem dicebant. In prin
cipe demoniorum ejicit demonia. Et circuibat ihc ciuitates omnes
ꝛ castella docens in synagogis eorum ꝛ predicans euangelium regni ꝛ
curans omnem languorem ꝛ omnem infirmitatem. xxxviii.
Videns autem turbas misertus est eis quia erant uexati ꝛ iacentes
sicut oues non habentes pastorem. Tunc dicit discipulis suis.
Messis quidem multa. operarii autem pauci. Rogate ergo dominum mes
sis ut ejiciat operarios in messem suam. Et uocatis xii. disci
pulis suis. dedit illis potestatem spirituum immundorum ut ejicerent
eos ꝛ curarent omnem languorem ꝛ omnem infirmitatem.
Duodecim autem apostolorum nomina sunt hec. Primus. xxxix.
Symon qui dicitur petrus ꝛ andreas frater eius. Jacobus zebedei ꝛ
johannes frater eius. Philippus ꝛ bartholomeus. thomas ꝛ matheus publi
canus. ꝛ iacobus alphei ꝛ thaddeus. Symon chananeus ꝛ judas scari
otes. qui ꝛ tradidit eum. Hos xii. misit ihc precipiens eis ꝛ
dicens. In uiam gentium ne abieritis. ꝛ in ciuitates samaritanorum ne intraueritis. sed potius ite ad oues que perierunt domus
isrl. Euntes autem predicate dicentes quia appropinquauit regnum
celorum. Infirmos curate. mortuos suscitate. leprosos mundate.
demonia ejicite. Gratis accepistis. gratis date. Nolite possidere au
rum. neque argentum neque pecuniam in zonis uestris. Non pe
ram in uia neque duas tunicas. neque calciamenta neque
uirgam. Dignus enim est operarius cibo suo. In quamcumque
ciuitatem aut castellum intraueritis. interrogate quis in ea
dignus sit. ꝛ ibi manete donec exeatis. Intrantes autem domum
salutate eam dicentes. Pax huic domui. Et si quidem fuerit
domus illa digna. ueniat pax uestra super illam. Si autem
non fuerit digna. pax uestra ad uos reuertatur. Et quicumque non
receperit uos neque audierit sermones uestros. exeuntes foras
de domo uel ciuitate excutite puluerem de pedibus uestris. Amen
dico uobis tolerabilius erit terre sodomorum ꝛ gomorreorum in die
iudicii quam illi ciuitati. Ecce ego mitto uos sicut oues in me
dio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes. ꝛ simplices sicut co
lumbe. xl. Cauete autem ab hominibus. Tradent
enim uos in conciliis ꝛ in synagogis suis flagellabunt
uos. ꝛ ad presides ꝛ reges ducemini propter me in testimonium illis
ꝛ gentibus. Cum autem tradent uos nolite cogitare quomodo aut quid

loquamini. Dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini.
Non enim uos estis qui loquimini. sed spiritus patris uestri qui loqui
tur in uobis. Tradet autem frater fratrem in mortem ꝛ pater filium ꝛ in
surgent filii in parentes ꝛ morte eos afficient. ꝛ eritis odio
omnibus hominibus propter nomen meum. qui autem perseuerauerit usque
in finem hic saluus erit. Cum autem persequentur uos in ciuitate
ista fugite in aliam. Amen dico uobis non consummabitis ciuita
tes isrl donec ueniat filius hominis. Non est discipulus super
magistrum. nec seruus super dominum suum. Sufficit discipulo ut
sit sicut magister eius. ꝛ seruus sicut dominus eius. Si patremfamilias belze
bub uocauerunt. quanto magis domesticos eius. Ne ergo timueritis
eos. Nichil enim opertum quod non reuelabitur. ꝛ occultum quod non sciatur.
Quod dico uobis in tenebris dicite in lumine. ꝛ quod in aure audi
tis predicate super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus
animam autem non possunt occidere. Sed potius timete eum qui pote
animam ꝛ corpus perdere in gehennam. Nonne duo passeres as
se ueneunt ꝛ unus ex illis non cadet super terram sine patre uestro. Vestri
autem ꝛ capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere mul
tis passeribus meliores estis uos. Omnis ergo qui confitebitur me
coram hominibus confitebor ꝛ ego eum coram patre meo qui
in celis est. Qui autem negauerit me coram hominibus. negabo ꝛ
ego eum coram patre meo qui est in celis. Nolite arbitrari quia
uenerim mittere pacem in terram. Non ueni pacem mittere sed
gladium. Uenim enim separare hominem aduersus patrem suum
ꝛ filiam aduersus matrem suam ꝛ nurum aduersus socrum suam
ꝛ inimici hominis domestici eius. xxxx.
Qui amat patrem aut matrem plus quam me. non est me dignus.
Et qui amat filium aut filiam super me. non est me dignus.
Et qui non accepit crucem suam ꝛ sequitur me. non est me dignus. Qui
inuenit animam suam perdet illam. Et qui perdiderit animam suam
propter me. inueniet eam. Qui recipit uos. me recipit. Et qui me
recipit. recipit eum qui me misit. Qui recipit prophetam in
nomine prophete. mercedem prophete accipiet. Et qui recipit iustum
in nomine iusti. mercedem iusti accipiet. Et quicumque potauerit dex
tum ex minimis istis calicem aque frigide tm in nomine discipuli. amen
dico uobis non perdet mercedem suam. Et factum est cum consummas
set ihc precipiens xii. discipulis suis transiit inde ut docet ꝛ predica
ret in ciuitatibus eorum. xxxxi.
Cum audisset in uinculis opa xpi. mittens duos de discipulis suis ait illi. Tu es qui uenturus es an alium expectamus.
Et respondens ihc ait illis. Euntes renuntiate johanni que audi
stis ꝛ uidistis. Ceci uident. claudi ambulant. leprosi mundantur.
surdi audiunt. mortui resurgunt. pauperes euangelizantur.
Et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus
cepit ihc dicere ad turbas de johanne. Quid existis in desertum uidere.
Harundinem uento agitatam. Sed quid existis uidere. ho
minem mollibus uestitum. Ecce qui mollibus uestiuntur. in domi
bus regum sunt. Sed quid existis uidere. prophetam. Etiam dico
uobis ꝛ plusquam prophetam. Hic est enim de quo scriptum est. Ecce mit
to angelum meum ante faciem tuam. qui preparabit uiam tuam
ante te. Amen dico uobis non surrexit inter natos mulierum maior
johanne baptista. Qui autem minor est in regno celorum. maior est illo.
A diebus autem johannis baptiste usque nunc regnum celorum uim pa
titur. ꝛ uiolenti rapiunt illud. Omnes enim prophete ꝛ lex usque ad
johannem prophetauerunt. Et si uultis recipere. ipse est helyas qui uenturus est.
Qui habet aures audiendi audiat. xxxxii.
Cui autem similem estimabo generationem istam. Similis est
pueris sedentibus in foro. qui clamantes coequalibus dicunt.
Cecinimus uobis ꝛ non saltastis. Lamentauimus ꝛ non planxistis. Venit
enim johannes neque manducans neque bibens. ꝛ dicunt demonium
habet. Venit filius hominis manducans ꝛ bibens. ꝛ dicunt ec
ce homo uorax ꝛ potator uini publicanorum ꝛ peccatorum amicus.
Et iustificata est sapientia a filiis suis. Tunc cepit exprobrare ei

lxxxiiii. lxxxv. lxxxvi. lxxxvii. xciii. xciiii. xcv. xcvi. xcvii. xcviii. xcix. c. ci. cii. ciii. civ. cv. cvi. cvii. cviii.

uitatibz in quibz fec̃ sunt plime uirtutes ei⁹ qꝝ nō egissent
penām. Ve t corozaim ue tibi bethsaida. qꝝ si in tyro z sydo
ne fec̃ essent uirtutes que fec̃ sūt in uobis. olim in cilicio z cy
nere penām egissent. Uerūm dico uob tyro z sydoni remis
sius erit in die iudicii qm uobis. Et tu capharnaum nūqd
usqꝝ in celum exaltaberis. Usqꝝ in infernum descendes. Qā
si in sodomis fec̃ fuissent uirtutes que fec̃ sunt in te. for
te mansissent usqꝝ in hunc diem. Uerūm dico uob qꝝ tre
sodomoꝝ remissius erit in die iudicii qm t.

xxxiii.

In illo tempe respondens ihc dixit. Confiteor t pat̃ dne celi z
tre. quia abscondisti hec a sapientibz z prudentibz z reuela
sti ea paruulis. Ita pat̃ qm sic fuit placitum ati te. Omnia
mihi tradita sūt a patre meo. Et nemo nouit filium nisi pater.
Neqꝝ pātem quis nouit nisi filius. z cui uoluerit filius reuelare.
Uenite ad me omnes qui laboratis z onerati estis. z ego reficiā
uos. Tollite iugum meum sup uos. z discite a me qꝝ mitis sū
z humilis corde. z inuenietis requiem animabz uris. Jugum
enim meum suaue est. z onus meum leue.

xxxv.

In illo tpe abiit ihc sabbo p sata. discipli aut ei⁹ esurientes ce
perunt uellere spicas z manducare. Pharisei aut uidentes dixe
runt ei. Ecce discipli tui faciunt qd̄ nō licet eis facere sabbatis.
At ille dixit eis. Num legistis quid fecit dd̄ qn̄ esuriit z qui
cū eo erant. qm intrauit in domū dei z panes propositionis come
dit. quos nō licebat ei edere neqꝝ his qui cum eo erant nisi solis
sacerdotibz. Aut nō legistis in lege qꝝ sabbatis sacerdotes in tem
plo sabbm uiolant z sine crimine sunt. Dico aut uobis qꝝ tē
plo maior est hic. Si aut scissetis quid est misericordiam uolo z nō sac
rificium nō qm damnassetis innocentes. Usus ē enim filius
hominis etiam sabbati.

xxxvi.

Et cum inde transisset uenit in synagogam eoꝝ. Et ecce ho
mo manū hās aridam. z interrogabant eum dicentes. Si
licet sabbatis curare. Ut accusarent eum. Ipse aut dixit
illis. Quis erit ex uob ho qui hāt ouem unam. z si ceciderit hec
sabbatis in foueam. nōne tenebit z leuabit eam. Quanto magis
melior est homo oue. Itaqꝝ licet sabbatis bñ facere. Tunc ait ho
mini. Extende manum tuam. Et extendit z restituta est
sanitati sic alia. Exeuntes aut pharisei consilium fece
bant aduersus eū qm eum pderent. Ihc aut sciens recessit in
de. z secuti sūt eum multi. z curauit eos omes. Et pcepit eis
ne manifestum eum facerent. ut adimpleret qd dctm ē p ysaiā
pphām dicentem. Ecce puer meus quem elegi dilectus meus
in quo bñ complacuit anime mee. Ponam spm meū sup
eum. z iudicium gentibz nuntiabit. Non contendet neqꝝ
clamabit. neqꝝ audiet aliquis in plateis uocem ei⁹. Harun
dinem qssatam nō confringet. z linum fumigans nō extin
guet. donec eiciat ad uictoriā iudicium. z in nōe ei⁹ gentes
sperabunt. Tunc oblatus est ei demonium hās cec̃ z mut̃. z
curauit eum ita ut loqueretur z uideret. Et stupebant omes
turbe z dicebant. Nūquid hic est filius dauid. Phi aut au
dientes dixerūt. Hic nō eicit demones nisi in beelzebub pncipe
demoniorum. Ihc aut sciens cogitationes eoꝝ dixit eis. Omne
regnum diuisum sr se desolabit. Et omis ciuitas uel domus
diuisa sr se nō stabit. Et si sathanas sathanam eiecit aduer
sus se diuisus est. Quō ḡ stabit regnum ei⁹. Et si ego in beel
zebub eicio demones. filii uri in quo eiciunt. Ido ipi iu
dices uri erunt. Si aut ego in spu dei eicio demones. ḡ p
uenit in uos regnum dei. Aut quomō potest quisqm intra
re in domum fortis. z uasa ei⁹ diripere nisi prius alligauerit fortem.
Et tunc domum illi diripiet. Qui nō est mecū. contra me est. Et
qui nō congregat mecū. spargit. Ido dico uobis omne peccm z
blasphemia remittet hoībz. spi aut blasphemia nō
remittet. Et quicunqꝝ dixerit uerbum contra filium hois remit
tet ei. Qui aut dixerit contra spm scm nō remittet ei neqꝝ in hoc
seculo neqꝝ in futuro. Aut facite arborem bonam z fructum
eius bonum. aut facite arborem malam. z fructum eius ma
lum. Siquidē ex fructu arbor agnoscit. Progenies uiperarum
quomō potestis bona loqui cum sitis mali. Ex habundantia e
nim cordis os loquit. Bonus ho de bono thesauro profert bo
na. z malus ho de malo thesauro profert mala. Dico aut uobis
quod omne uerbum otiosum qd̄ locuti fuerint homines reddent rati
onem de eo in die iudicii. Ex uerbis enim tuis iustificaberis
z ex uerbis tuis condemnaberis.

xxxvii.

Tunc responderunt ei quidam de scribis z pharisei dicentes.
Magister uolumus a te signū uidere. Qui respondens ait
illis. Generatio mala z adultera signum querit. z signum nō da
bit ei nisi signum ionę pphē. Sicut enim fuit ionas in uentre
ceti tribz z diebz z tribz noctibz sic erit filius hominis in corde
tre tribz diebz z tribz noctibz. Uiri niniuite surgent in iudi
cio cum generatione ista. z condemnabūt eam qꝝ penām egerunt
in pdicatione ionę. Et ecce plus q salomon hic. Regina austri
surget in iudicio cum generatione ista. z condemnabit eam. qꝝ
uenit a finibz tre audire sapiam salomonis. Et ecce plus q
salomon hic. Cum aut immundus spūs exierit ab hoīe. ambu
lat p loca arida querens requiem. z si nō inuenit. Tunc dicit. Re
uertar in domum meam unde exiui. Et ueniens inuenit
eam uacantem scopis mundatam z ornatam. Tunc uadit
z assumit. vii. alios spūs sec̃s nequiores se. z intrantes habitant
ibi. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus.
Sic erit z generationi huic pessime.

xxxviii.

Adhuc eo loquente ad turbas. ecce mat ei⁹ z frēs eius stabant foris
querentes loqui ei. Dixit aut ei quidam. Ecce mat tua
z frēs tui foris stant querentes te. At ille respondens dicenti
sibi ait. Que est mat mea z qui sūt frēs mei. Et extendens ma
num in discipulos suos dixit. Ecce mat mea z frēs mei. Quicq
enim fecerit uoluntatem pris mei qui in celis est. ipse meus z frr
z soror z mater est.

xxxix.

In illo die exiens ihc de domo sedebat sec̃ mare. Et congregate
sūt ad eum turbe multe. ita ut in nauiculam ascendens sede
re. omis turba stabat in litore. z locutus est multa in parabolis
dicens. Ecce exiit qui seminat seminare. Et dum seminat
quedam ceciderunt sec̃ uiam. z uenerūt uolucres. z comederunt
ea. Alia aut ceciderunt in petrosa. ubi nō habebant terram mul
tam. z continuo exorta sunt qm nō habebant altitudinem tre. So
le aut orto estuauerūt. Et qm nō habebant radicem aruerunt.
Alia aut ceciderunt in spinas. z creuerunt spine z suffocaue
runt ea. Alia aut ceciderunt in terram bonam. z dabant fructū.
aliud centesimum. aliud sexagesimum. aliud tricesimum. Qui hās
aures audiendi audiat. Et accedentes discipli dixerūt ei.
Quare in parabolis loqueris eis. Qui respondens ait illis. Quia
uob datum ē nosse misteria regni celoꝝ. illis aut nō est datum.
Qui enim hāt dabit ei. z habundabit. Qui aut nō hāt. etiam quod hāt
auferet ab eo. Ido in parabolis loquor eis. qm uidentes nō uident
z audientes nō audiunt. neqꝝ intelligunt. ut adimpleat
eis pphia ysaie dicentis. Auditu audietis. z nō intelligetis. z
uidentes uidebitis. z nō uidebitis. Incrassatum ē enim cor po
puli huius. z auribz grauiter audierūt. z oculos suos clauserūt. neqn
oculis uideant. z auribz audiant. z corde intelligant. z conuer
tant. z sanem eos. Uestri aut beati oculi qm uident. z aures uestre qꝝ
audiunt. Amen quippe dico uob qꝝ multi pphe z iusti cupie
runt uidere que uidetis. z nō uiderunt. z audire que auditis. z
nō audierūt. Uos ergo audite parabolam seminantis. Omnis qui
audit uerbum regni. z nō intelligit. uenit malus. z rapit qd
seminatum ē in corde eius. Hic est qui sec̃ uiam seminat.
Qui aut supra petrosa seminat. est. hic est qui uerbum audit
z statim cum gaudio accipit illud. Non hāt aut in se radicem.
sed est temporalis. Facta aut tribulatione z psecutione pp uerbum

ctinuo scandalizat. Qui aut̄ ē semnat in spinis hic ē q̄
uḃum audit 7 sollicitudo sc̄li ille 7 fallacia diuitiaꝝ suffo
cat uḃum 7 sine fructu efficit. Qui u̾ in terram bonam semina
t̄ est hic ē qui audit uḃum 7 intelligit 7 fructum fac 7 affert
aliud quidem. c. aliud aut̄ lx. porro aliud. xxx. xl.

Aliam parabolam ꝓposuit eis dicens. Simile fm̄ ē regnum ce
lorum homini qui seminauit bonum sem̄ in agro suo. Cū
aut̄ dormirent homines uenit inimic⁹ ei⁹ 7 sup̄seminauit
zizania in medio tritici 7 abiit. Cum aut̄ creuisset herba 7
fructum fecisset tūc apparuerūt zizania. Accedentes aut̄ ser
ui patrisfamilias dixerūt ei. Dñe nonne bonum sem̄ seminasti
in agro tuo? unde g̾ hꝫ zizania? Et ait illis. Inimic⁹
ho hoc fecit. Serui aut̄ dixerūt ei. Vis imus 7 colligimꝰ ea?
Et ait. Non. ne forte colligentes zizania eradicetis simul
cum eis 7 triticum. Sinite utraq; crescere usq; ad messem.
7 in tempe messis dicam messoribꝰ. Colligite p̄imum zi
zania 7 alligate ea fasciculos ad comburendū. triticū aut̄
congregate in horreum meū. Aliam parabolam ꝓposuit eis
dicens. Simile ē regnum celorum grano sinapis q̄d accipiens
ho seminauit in agro suo. q̄d minimū quidem ē omnibꝰ
seminibꝰ. Cum aut̄ creuerit 7 maius est oribꝰ holeribꝰ.
7 fit arbor ita ut uolucres celi ueniant 7 habitent in ramis
ei⁹. Aliam parabolam locutus est eis. Simile ē regnum celo
rum fermento q̄d acceptum mulier abscondit in farine sat̄ ibꝰ
donec fermentatum ē totum. Hec omia locut⁹ est ih̄c in para
bolis ad turbas 7 sine parabola non loquebat eis. ut impleret̄ q̄d dic
tum ē p̄ ysaiam ꝓphām dicentē. Aperiam in parabolis os meū.
eructuabo abscondita a constitutione mundi. Tunc dimis
sis turbis uenit in domum 7 accesserunt ad eum discipli
ei dicentes. Edisserе nob⁹ parabolam zizaniorum agri. Qui respō
dens ait. Qui seminat bonum sem̄ est filius hominis. ager aut̄
est mundus. Bonum u̾ semen hi sunt filii regni. Zizania aut̄
filii sunt nequā. Inimic⁹ aut̄ qui seminauit ea est diabolus.
Messis u̾ consummatio sc̄li est. Messores aut̄ angeli sunt. Sicut
ḡ colliguntur zizania 7 igni comburuntur. sic erit in consumatiōe
sc̄li. Mittet filius hominis angelos suos 7 colligent de regno ei⁹ omia
scandala 7 eos qui faciunt iniquitatem 7 mittent eos in
caminum ignis. ibi erit fletus 7 stridor dentium. Tunc iusti
fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Qui hꝫ aures audiat.

quidem inter se in via disputaverant quis esset illorum major. Et
residens vocavit duodecim. ⁊ ait illis. Si quis vult primus esse. erit
omnium novissimus. ⁊ omnium minister. Et accipiens pue
rum statuit eum in medio eorum. Quem cum complexus esset ait
illis. Quisquis unum ex hiis puerulis receperit in nomine
meo. me recipit. Et quicunque me susceperit. non me suscipit.
sed eum qui me misit. Respondit illi johannes dicens. Magi
stre unum quendam in nomine tuo ejicientem demonia qui non se
quitur nos. et prohibuimus eum. Jhc autem ait. Nolite prohibere
eum. Nemo est enim qui faciat virtutem in nomine meo ⁊ possit
cito male loqui de me. Qui enim non est adversum vos. pro
vobis est. Quicumque enim potum dederit vobis calicem aque
in nomine meo quia christi estis. amen dico vobis non perdet mercedem
suam. Et quisquis scandalizaverit unum ex his pusil
lis credentibus in me. bonum est ei magis si circumdaretur
mola asinaria collo eius. ⁊ in mare mitteretur. Et si scanda
lizaverit te manus tua. abscide illam. Bonum tibi est debilem
introire ad vitam. quam duas manus habentem ire in gehen
nam in ignem inextinguibilem. Ubi vermis eorum non moritur
et ignis non extinguetur. Et si pes tuus te scandalizat am
puta illum. Bonum tibi est claudum introire in vitam
etiam. quam duos pedes habentem mitti in gehennam ignis

lxxxviij lxxxviij
lxxxix lxxxix
xc xc
xci xci
xcij xcij
xciij xciij
xciiij xciiij
xcv xcv
xcvj xcvj
xcvij xcvij
xcviij xcviij
xcix xcix
c c
ci ci

mercunguibilis ū ūmus eor ſi moriet̄ r ignis ſi extingueret̄.
Qđ ſi oc̄s tuus ſcandalizat te erue eum. Bonum est t luscum
intrare in regnum dī q̄m duos oc̄los habentem mitti in gehen
nam ignis. u ūmus eor ſi moriet̄ r ignis ſi extinguet̄. Omnis
enim igne saliet̄ r omis victima sale. Bonum ē sal. Qđ si
sal insulsum fuit in quo condietis? Habete in uob sal r pac̄
habete inter uos. Et inde surgens uenit in fines iudee ultr iordanem. Et conueniunt iterum turbe ad eum. Et sic̄ consueuerat
iterum docebat illos. Et accedentes pharisei interrogabant eum si licet
uiro uxorem dimittere temptantes eum. At ille respondens dixit eis. Quid uob p̄cepit moyses? Qui dixerunt. Moyses permisit
libellum repudii scribere r dimittere. Quibus respondens ihc ait.
Ad duritiam cordis uram scripsit uobis p̄ceptum istud. Ab initio autē creatōe masculū r feminam fecit eos dns. Propt
hoc relinquet ho patrem r matrem r adherebit ad uxorem suam. r erunt duo in carne una. Itaq; iam non sunt duo sed una caro. Qđ
ḡ dns coniunxit ho non separet. Et in domo iterum discipuli eius
de eodem interrogauerūt eum. Et dixit illis. Quicunq; dimiserit uxorem suam r aliam duxerit. adulterium cōmittit sup
eam. Et si uxor dimiserit uirum suum r alii nupserit. mechat. Et offerebant illi paruulos ut tangeret illos. Discipli
autē cōminabant offerentibus. Quos cum uidet ihc indigne tulit r ait illis. Sinite paruulos uenire ad me r ne prohibueritis eos. talium est enim regnum dī. Amen dico uobis quicūq;
non receperit regnum dī sicut paruulus non intrabit in illud. Et cōplexans eos r ponens manus super illos benedicebat eos. Et cum
egressus esset in uiam procurrens quidam genu flexo ante eum
rogabat eum dicens. Magister bone quid faciam ut uitam
eternam possideam? Ihc aut dixit ei. Quid me dicis bonū? Nemo bonus nisi unus dns. Precepta nosti? Ne adulteres. ne occidas. ne furteris. ne falsum testimoniū dixeris. ne fraudem
feceris. honora patrem tuum r matrem. At ille respondens ait.
Magister bone hec omia obseruaui a iuuentute mea. Ihc aut intuitus eum dilexit eum r dixit illi. Unum tibi deest. Uade
quecunq; habes uende r da pauperibus r habebis thesaurum
in celo r ueni sequere me. Qui contristatus in uerbo abiit mestus. Erat enim habens multas possessiones. Et circūspiciens ihc ait discipulis suis. Quam difficile qui pecunias habent in
regnum dei introibunt? Discipli autē obstupescebant in uerbis eius. At ihc rursus respondens ait illis. filioli quam difficile
est confidentes in pecuniis regnum dī introire? facilius est
camelum per foramen acus transire. q̄m diuitem intrare in regnum dī. Qui magis admirabantur dicentes ad semetipsos. Et
qui potest saluus fieri? Intuens ihc illos ait. Apud homines
impossibile est. sed non apud dm. Omia enim possibilia sunt apud dm.
Et cepit ei petrus dicere. Ecce nos reliquimus omia r secuti sumus
te. Respondens ihc ait. Amen dico uobis nemo est qui reliquerit
domum. aut fratres. aut sorores aut patrem aut matrem aut filios aut agros p̄pter me r p̄pter euangelium qui non accipiat centies
tanta. nunc in tempore hoc domos r fratres r sorores r matres r filios r agros cum persecutionibus r in seculo futuro uitam eternam. Multi autem erunt primi nouissimi r nouissimi primi.

Erant autem in uia ascendentes ihm hierosolymam r precedebat illos ihc r stupebant. Et sequentes timebant. Et assumens
iterum xii. cepit illis dicere que essent illi uenturi. Quia ecce ascendimus hierosolymam r filius hominis tradetur principibus sacerdotum r scribis r senioribus r damnabunt eum morte. Et tradent eum gentibus r illudent ei r conspuent r flagellabunt
r occident eum. r tertia die resurget. Et accedunt ad illum
iacobus r iohs filii zebedei dicentes. Magister uolumus ut quodcunq; petierimus fatias nob. Et ille dixit eis. Quid uultis ut
faciam uobis? Et dixerunt. Da nobis ut unus ad dextram tuam. r alius ad sinistram tuam sedeamus in gla tua. Ihc autem
ait illis. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem
ego bibo. aut baptismum quo ego baptizor baptizari? At
illi dixerunt ei. Possumus. Ihc aut dixit eis. Calicem quidem quem
ego bibo bibetis r baptismo quo ego baptizor baptizabimini
sedere autem ad dextram meam uel ad sinistram non est meum dare
uobis. sed quibus paratum est. Et audientes x. ceperunt indignari de iacobo r iohe. Ihc aut uocans eos ait illis. Scitis quia hii
qui uidentur principari gentibus dominantur eis. r principes eorum
potestatem habent in eos? Non ita est aut in uobis. Sed quicūq;
uoluerit fieri maior. erit uester minister. Et quicunq; uoluerit
in uobis primus esse. erit omnium seruus. Nam r filius hominis
non uenit ut ministraretur ei. sed ut ministraret. r daret aiam
suam redemptionem pro multis. Et uenerunt hierico. Et proficiscente eo de hierico r discipulis eius r plurima multitudine. filius
timei bartimeus cecus sedebat iuxta uiam mendicans. Qui
cum audisset quia ihc nazarenus est. cepit clamare r dicere. fili
dd. iesu miserere mei. Et comminabantur illi multi ut taceret.
At ille multo magis clamabat. fili dd miserere mei. Et stans
ihc precepit illum uocari. Et uocant cecum dicentes ei. Animequior esto. surge uocat te. Qui proiecto uestimento suo exiliens uenit ad eum. Et respondens illi ihc dixit. Quid uis
tibi faciam? Cecus aut dixit ei. Rabboni ut uideam. Ihc aut
dixit ei. Uade fides tua te saluum fecit. Et confestim uidit
r sequebatur eum in uia. Et cum appropinquarent ihrosolime
r bethanie ad montem oliueti mittit duos de discipulis suis
r ait illis. Ite in castellum quod est contra uos. Et statim intrantes illuc. inuenietis pullum ligatum super quem nemo
adhuc hominum sedit. Soluite illum r adducite. Et si quis
uobis dixerit quid facitis. dicite quia dño necessarius est r continuo
illum dimittet huc. Et abeuntes inuenerunt pullum ligatum ante ianuam foris in biuio r soluunt eum. Et quidam
de illic stantibus dicebant illis. Quid facitis soluentes pullum?
Qui dixerunt eis sicut p̄cepit illis ihc. Et dimiserunt eos. Et adduxerunt pullum ad ihm r imponentes illi uestimenta sua r sedit super eum. Multi autem uestimenta sua strauerunt in uia. Alii autem frondes cedebant de arboribus r sternebant in uia. Et
qui p̄cedebant r qui sequebantur clamabant dicentes. Osanna
benedictus qui uenit in nomine dni. Benedictum quod uenit regnum patris nri dauid. osanna in excelsis. Et introiuit ihs Iherosolimam in templum. Et circūspectis omnibus cum iam uespere esset hora. exiuit in bethaniam cum xii. Et alia die
cum exirent a bethania esurijt. Cumq; uidisset a longe
ficum habentem folia. uenit si quid forte inueniret in ea.
Et cum uenisset ad eam. nichil inuenit preter folia. Non enim
erat tempus ficorum. Et respondens dixit ei. Iam non amplius
in etternum quisquam fructum manducet ex te. Et audiebant
discipuli eius. Et uenerunt hierosolimam. Et cum introisset
in templum. cepit eicere uendentes et ementes in templo.
r mensas numulariorum r cathedras uendentium columbas
euertit. r non sinebat ut quisquam uas circumferret per templum.
r docebat dicens eis. Nonne scriptum est. quia domus mea domus
orationis uocabitur omnibus gentibus? Vos autem fecistis eam spe
luncam latronum. Quo audito principes sacerdotum r scribe
querebant quomodo eum perderent. timebant enim eum quia
omnis turba admirabatur super doctrina eius. Et cum uespere
facta esset egrediebatur de ciuitate. Et cum mane transirent
uiderunt ficum aridam radicitus. r recordatus petrus
dicit ei. Rabbi. ecce ficus cui maledixisti aruit. Et respondens ihs ait illis. Habete fidem dei. Amen dico uobis quicunq;
dixerit monti huic tollere r mittere in mare. et non hesitauerit
in corde suo. sed crediderit quia quodcunq; dixerit fiat. fiet ei. Propterea dico uobis omia quecunq; orantes petitis. credite quia
accipietis. r euenient uobis. Et cum stabitis ad orandum

dimittere si quid habeat aduersus aliquem ut pat̃r ꝝ qui
celis est dimittat uobis peccata uͣra. Qđ si uos nõ dimiseritis
nec pat̃r uester qui in celis est dimittet uobis peccãa uͣra. x.

cxxxiii. Et ueniunt rursus hierosolimam. Et cum ambularet
in templo: accedunt ad eum summi sacerdotes & scri
be & seniores & dicũt illi. In qua potestate hec facis: & quis t
dedit hanc potestatem ut hec facias: Ihc autẽ respondens
ait illis. Interrogabo uos & ego unum uerbum & respondete mi
& dicam uob in qua potestate hec faciam. Baptismum
iohis de celo erat an ex hominibꝫ: Respondete mi. Et illi
cogitabant secũ dicentes. Si dixerimꝰ de celo dicet nobis.
Quare ḡ nõ credidistis ei: Si dixerimꝰ ex hominibꝫ timemꝰ
plm. Omnes enim habebant iohem qm uere pphã erat. Et
respondentes dixerunt ihũ. Nescimus. Respondens ihc
ait illis. Neq; ego dico uob in qua potestate hec faciam. Et
cepit illis in parabolis loqui. Vineam plantauit homo & sepe
circũdedit & fodit lacum & edificauit turrẽ & locauit eã
agricolis & peregre pfectus est. Et misit ad agricolas seruum
in tempore ut ab agricolis acciperet de fructu uineę. Qui ap
prehensum eum ceciderũt & dimiserũt uacuum. Et rursum mi
sit ad illos alium seruum & illum capite uulnerauerũt & in
contumeliis affecerũt. Et rursum aliũ misit & illum oc
ciderũt & plures alios quosdam cedentes & alios ꝫ occidentes.
Adhuc ḡ unum hꝫ filium karissimũ & illum misit
ad illos nouissimũ dicens. Quia uerebuntur filiũ meũ.
Colonꝰ autẽ dixerũt ad inuicem. Hic ẽ heres. Venite oc
cidamus eum & nr̃a erit hereditas. Et apprehendentes eum
occiderunt & eiecerũt extra uineam. Quid ḡ faciet dñs ui
neę: Veniet & perdet colonos & dabit uineam aliis. Nec scꝰ
turam hanc legistis: Lapidem quem reprobauerũt edifican
tes hic factus ẽ in caput anguli. A dño factum est istud & est mi
rabile in oculis nr̃is. Et quærebant eum tenere & timue
runt turbam. Cognouerũt enim qm ad eos parabolam
hanc dixisset. Et relicto eo abierũt. Et mittunt ad eum
quosdam ex phisæis & herodianis ut eum caperent in uerbo.
Qui uenientes dicunt ei. Magister scimꝰ qm uerax es & nõ
curas quemq; m. Nec enim respicis in faciem hominis: sꝫ in
ueritate uiam dei doces. Licet dare tributum cesari an nõ:
Dabimus: dabimꝰ: Sciens aũt illorum hypocrisim dixit illis. Quid me temptatis: Affer
te mihi denarium ut uideam. At illi obtulerũt ei. Et ait
illis. Cuius est ymago hec & inscriptio: Dicunt illi. Cesa
ris. Respondens aũt ihc ait illis. Reddite ḡ que sũt cesaris ce
sari & que sunt dei deo. Et mirabantur super eo. Et uenerunt
ad eum sadducei qui dicunt resurrectionem nõ ẽ & interro
gabant eum dicentes. Magister moyses nobis scripsit ut si cui
frater mortuus fuerit & dimiserit uxorem & filios nõ relinquat
accipiat frater eius uxorem illius & resuscitet semen fratri suo. Sep
tem ḡ fratres erant & primus accepit uxorem & mortuus est
nõ relicto semine. Et secundus accepit eam & mortuus ẽ. Et nec
ipse reliquit semen. Et tertius similiter. Et acceperunt eam
similiter. Vn & nõ reliquerũt semen. Nouissima omnium de
functa ẽ & mulier. In resurrectione ḡ cum resurrexe
rint cuius de his erit uxor: Septem enim habuerunt eam
uxorem. Et respondens ihc ait illis: Nonne ideo erra
tis nõ scientes scripturas neq; uirtutem dei: Cum enim
a mortuis resurrexerint: neq; nubent neq; nubentur: sꝫ
sunt sicut angeli in celis. De mortuis aũt qđ resurgant nõ
legistis in libro moysi super rubum quomodo dixit illi ds in
quens. Ego sum ds abrahã & ds ysaac & ds iacob:
Non est ds mortuorum sꝫ uiuorum. Vos ḡ multum erratis.
Et accessit unus de scribis qui audierat illos conquirenti
bus & uidens quia bñ illis respondisset: interrogauit eum qđ
esset primum omnium mandatum. Ihc aũt respondit ei

quia primum omnium mandatum est: audi israel dñs ds
tuus ds unus est. Et diliges dñm ds tuum ex toto cor
de tuo & ex tota anima tua & ex tota mẽte tua & ex tota uir
tute tua. Hoc est primum mandatum. Secũm aũt simile
illi est. Diliges proximum tuum tanqm te ipsum. Maius hoc
aliud mandatum nõ est. Et ait illi scriba. Bñ magister
in ueritate dixisti quia unus ds est & nõ est alius preter eum &
ut diligat eum toto corde & ex toto intellectu & ex tota ania
& ex tota fortitudine & diligere proximum tanqm seipsum maius
est omnibus holocaustomatibus & sacrificiis. Ihc autem uidens quod
sapienter respondisset dixit illi. Non es longe a regno dei.
Et nemo iam audebat eum interrogare. Et respondens ihc
docebat docens in templo. Quomodo dicunt scribe xpm esse filiꝫ
dauid: Ipse enim dauid dicit in spũ sco. Dixit dñs dño
meo sede a dextris meis. donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Ipse ergo dauid dicit eum dñm & unde
filius est. Et multa turba eum libenter audiebat. Et
docebat eos in doctrina sua. Cauete a scribis qui uolunt
in stolis ambulare & salutari in foro & in primis cathedris
sedere in synagogis & primos discubitus in cenis. Qui deuo
rant domos uiduarum sub obtentu plures orationes. Hi accipient plus iudicium. Et sedens ihc contra gazophilacium
aspiciebat quomodo turba iactaret es in gazophilacium. Et mul
ti diuites iactabant multa. Cum uenisset aũt una uidua
pauper misit duo minuta qđ ẽ quadrans & uocans
discipulos suos ait illis. Amen dico uobis quoniam uidua hec pau
per plus omnibus misit qui miserunt in gazophilacium. Omnes
enim ex eo qđ habundabat illis miserunt. Hec aũt de penuria
sua. omnia que habuit misit totum uictum suum. Et cũ
egrederetur de templo ait illi unus de discipulis suis. Magister
aspice quales lapides & quales structure. Et respondens ihc
ait illi. Videsne magnas has omnes edificationes: Non relin
quetur lapis super lapidem qui nõ destruatur. xi.

cxxxiv. Et cum sederet in monte oliuarum contra templum inter
rogabant eum seorsum petrus & iacobus & iohes & andreas
as. Die nobis quando ista erunt & quod signum erit & quando hec omnia
incipient consummari: Et respondens ihc cepit dicere illis. Ui
dete ne quis uos seducat. Multi enim uenient in nomine meo
dicentes quia ego sum & multos seducent. Cum audieritis
aũt bella & opiniones bellorum ne timueritis. Oportet
enim fieri sꝫ finis sed nondum statim. Exurget aũt gens super gen
tem & regnum super regnum & erunt terremotus per loca & fames &
turbationes dolorum hec. Videte aũt uosmet ipsos. Tradent enim
uos in concilia & in synagogis uapulabitis & ante presides
& reges stabitis propter me in testimonium illis. Et in omnes gen
tes primum oportet predicari euangelium. Et cum duxerint
uos tradentes nolite preconitare quid loquamini. Sed quod da
tum fuerit uobis in illa hora id loquimini. Non enim estis
uos loquentes sed spũs scus. Tradet aũt frater fratrem in mortem
& pater filium & consurgent filii in parentes & morte affi
cient eos. Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui aũt
sustinuerit in finem hic saluus erit. Cum aũt uideritis
abhominationem desolationis stantem ubi non debet qui legit
intelligat. Tunc qui in iudea sunt fugiant in montes
& qui super tectum ne descendat in domum nec introeat
ut tollat quid de domo sua. Et qui in agro erit non reuer
tatur retro tollere uestimentum suum. Ve autem pregnanti
bus & nutrientibus in illis diebus. Orate autem ut hyeme non fi
ant. Erunt enim dies illi tribulationes tales quales non
fuerunt ab initio creaturę quam condidit ds usque nunc. neque fi
ent. Et nisi breuiasset dñs dies non fuisset salua omnis
caro. Sed propter electos quos elegit breuiabit dies. Et tunc
si quis uobis dixerit ecce hic xps. ecce illic ne credideritis.

cxxxi.

Exurgent enim pseudo xpi ⁊ pseudoprophe ⁊ dabũt signa ⁊ portenta ad seducendos si potest fieri etiam electos. Vos g̃ uidete. ecce prædixi uobis omnia. Sed in illis diebus post tribulationem illam sol contenebrabit̃ ⁊ luna nõ dabit splendorem suum ⁊ erũt stelle celi decidentes ⁊ uirtutes que sũt in celis mouebunt̃. Et tũc uidebunt filiũ hois uenientem in nubibus cũ uirtute multa ⁊ gl̃a. Et tũc mittet angelos suos ⁊ congregabit electos suos a quatuor uentis a summo terre usq; ad summum celi. A ficu aut̃ discite parabolam. Cum iam ramus eius tener fuerit ⁊ nata fuerint folia cognoscitis q̃ prope sit estas. Sic uos cum uideritis hec fieri scitote q̃ prope sit in ostiis. Amen dico uob̃ q̃ nõ trãsiet generatio hec donec omnia ista fiant. Celum ⁊ terra trãsibunt. uba aut̃ mea nõ trãsibũt. De die aut̃ illa uel hora nemo scit. neq; angeli in celo. neq; filius nisi pater. Videte uigilate ⁊ orate. Nescitis enim quando tempus sit. Sicut homo q̃ peregre profectus reliquit domũ suam ⁊ dedit seruis suis potestatem cuiusq; operis ⁊ ianitori præcepit ut uigilet. Vigilate ergo. Nescitis enim quando dominus domus ueniat. sero an media nocte. an galli cantu an mane. Ne cum uenerit repente inueniat uos dormientes. Quod aut̃ uobis dico omnibus dico uigilate.

Erat aut̃ pascha ⁊ azima post biduum. Et quærebant summi sacerdotes ⁊ scribe quomodo eum cum dolo tenerent ⁊ occiderent. Dicebant enim. Non in die festo. Ne forte tumultus fieret in populo. Et cum esset ihc in bethania in domo symonis leprosi ⁊ recumberet. uenit mulier habens alabastrum unguenti nardi spicati pretiosi. Et fracto alabastro effudit super caput eius. Erant aut̃ quidam indigne ferentes intra semetipsos ⁊ dicentes. Ut quid perditio ista unguenti facta est. Potuit enim unguentum istud uenundari plusquam trecentis denariis ⁊ dari pauperibus. Et fremebant in eam. Ihc aut̃ dixit. Sinite eam. Quid illi molesti estis. Bonum opus operata est in me. Semper enim pauperes habetis uobiscum ⁊ cum uolueritis potestis illis bene facere. Me aut̃ non semper habebitis. Quod habuit hec fecit. Preuenit ungere corpus meum in sepulturam. Amen dico uobis ubicunq; predicatum fuerit euangelium istud in uniuerso mundo ⁊ quod fecit hec narrabit̃ in memoriam eius. Et iudas scarioth unus de xii. abiit ad summos sacerdotes ut proderet eum illis. Qui audientes gauisi sunt ⁊ promiserunt ei pecuniam se daturos. Et quærebat quomodo eum oportune traderet. Et primo die azimorum quando pascha immolabant dicunt ei discipuli. Quo uis eamus ⁊ parem̃ tibi ut manduces pascha. Et mittit duos ex discipulis suis ⁊ dicit eis. Ite in ciuitatem ⁊ occurret uobis homo lagenam aque portans. Sequimini eum ⁊ quocunq; introierit dicite domino domus quia magister dicit. Vbi est refectio mea ubi pascha cum discipulis meis manducem. Et ipse demonstrabit uobis cenaculum grande stratum ⁊ illic parate nobis. Et abierunt discipuli eius ⁊ uenerunt in ciuitatem ⁊ inuenerunt sicut dixerat illis ⁊ parauerunt pascha. Vespere aut̃ facto uenit cum xii. Et discumbentibus eis ⁊ manducantibus ait ihc. Amen dico uobis quia unus ex uobis me tradet qui manducat mecum. Ipsi ceperunt contristari ⁊ dicere ei singillatim. Numquid ego. Qui ait illis. Vnus ex xii. qui intingit mecum manum in catino. Et filius quidem hominis uadit sicut scriptum est de eo. Ve aut̃ homini illi per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei si nat̃ non fuisset homo ille. Et manducantibus illis accepit ihc panem ⁊ benedicens fregit ⁊ dedit eis ⁊ ait. Sumite hoc est corpus meum. Et accepto calice gratias agens dedit eis. Et biberunt ex illo omnes. Et ait illis. Hic est sanguis meus noui testamenti qui pro multis effundet̃. Amen dico uobis q̃ iam non bibam de genimine uitis usq; in diem illum cum illud bibam nouum in regno dei. Et hymno dicto exierũt in montem oliuarum. Et ait illis ihc. Omnes scandalizabimini in me in nocte ista quia scriptum est. Percutiam pastorem et dispergentur oues. Sed postquam resurrexero præcedam uos in galileam. Petrus aut̃ ait ei. Et si omnes scandalizati fuerint ego non. Et ait illi ihc. Amen dico tibi quia tu in nocte hac priusquam bis gallus uocem dederit. ter me es negaturus. Ille aut̃ amplius loquebatur. Et si oportuerit me simul commori tibi non te negabo. Similiter aut̃ et omnes dicebant. Et uenerunt in prædium cui nomen gethsemani. Et ait discipulis suis. Sedete hic donec orem. Et assumit petrum et iacobum et iohannem secum. Cepit pauere et tedere. Et ait illis. Tristis est anima mea usque ad mortem. Sustinete hic et uigilate. Et cum processisset paululum procidit in terram et orabat ut si fieri posset transiret ab eo hora. Et dixit. Abba pater. omnia possibilia tibi sunt. Transfer calicem hunc a me. Sed non quod ego uolo sed quod tu. Et uenit et inuenit eos dormientes. Et ait petro. Symon dormis. Non potuisti una hora uigilare. Vigilate et orate. ut non intretis in temptationem. Spiritus quidem promptus est. caro autem infirma. Et cum abiens oraret eundem sermonem dicens. Et reuersus denuo inuenit eos dormientes. Erant enim oculi illorum grauati et ignorabant quid responderent ei. Et uenit tertio et ait illis. Dormite iam et requiescite. Sufficit. Venit hora. ecce tradetur filius hominis in manus peccatorum. Surgite eamus. ecce qui me tradet prope est. Et adhuc eo loquente uenit iudas scarioth unus de xii. et cum illo turba cum gladiis et lignis a summis sacerdotibus et scribis et senioribus. Dederat aut̃ traditor eius signum eis dicens. Quemcunq; osculatus fuero ipse est tenete eum et ducite caute. Et cum uenisset statim accedens ad eum ait. Rabbi. Et osculatus est eum. At illi manus iniecerunt in eum et tenuerunt eum. Vnus aut̃ quidam de circumstantibus educens gladium percussit seruum summi sacerdotis et abstulit auriculam. Et respondens ihc ait illis. Tamquam ad latronem existis cum gladiis et lignis comprehendere me. Cotidie eram apud uos in templo docens et non me tenuistis. Sed ut adimpleantur scripture. Tunc discipuli eius relinquentes eum omnes fugerunt. Adolescens aut̃ quidam sequebatur illum amictus sindone super nudo. Et tenuerunt eum. At ille rejecta sindone nudus profugit ab eis. Et adduxerunt ihm ad summum sacerdotem et conueniunt omnes sacerdotes et scribe et seniores. Petrus aut̃ a longe secutus est eum usque intro in atrium summi sacerdotis et sedebat cum ministris et calefaciebat se ad ignem.

Summi aut̃ sacerdotes et omne concilium querebant aduersus ihm testimonium ut eum morti traderent. nec inueniebant. Multi enim testimonium falsum dicebant aduersus eum et conuenientia testimonia non erant. Et quidam surgentes falsum testimonium ferebant aduersus eum dicentes. Quoniam nos audiuimus eum dicentem. Ego dissoluam templum hoc manufactum et per triduum aliud non manufactum ædificabo. Et nec sic quidem conueniebat testimonium illorum. Et exurgens summus sacerdos in medium interrogauit ihm dicens. Non respondes quicquam ad ea que tibi obiciunt̃ ab his. Ille aut̃ tacebat et nichil respondit. Rursum summus sacerdos interrogabat eum et dicit ei. Tu es xpc filius benedicti. Ihc aut̃ dixit illi. Ego sum. et uidebitis filium hominis a dextris sedentem uirtutis et uenientem in nubibus celi. Summus aut̃ sacerdos scindens uestimenta sua ait. Quid adhuc desideramus testes. Audistis blasphemiam. Quid uobis uidet̃. Qui omnes iudicauerunt eum esse reum mortis. Et cœperunt quidam conspuere eum et uelare faciem eius et colaphis eum cædere et dicere ei. Prophetiza. Et ministri alapis eum cædebant. Et cum esset petro in atrio deorsum uenit una ancillarum summi sacerdotis et cum uidisset petrum calefacientem se aspiciens

exlviim. exlix
cl. cl
cli. clii
clii. cliii
cliiii. cliiii
cliiiii. cliiiii
clv. clv
clvi. clvi
clvii. clvii
clviii. clviii
xlvi. xlvi
clix. clix
clx. clx
clxi. clxi
clxii. clxii
clxiii. clxiii
clxiiii. clxiiii
clxv. clxv
clxvi. clxvi
clxvii. clxvii
clxviii. clxviii
clxix. clxix
clxx. clxx
clxxi. clxxi
clxxii. clxxii
clxxiii. clxxiii
clxxiiii. clxxiiii
clxxv. clxxv
clxxvi. clxxvi
clxxvii. clxxvii
clxxviii. clxxviii
clxxix. clxxix
clxxx. clxxx
clxxxi. clxxxi
clxxxii. clxxxii
clxxxiii. clxxxiii
clxxxiiii. clxxxiiii
clxxxv. clxxxv
clxxxvi. clxxxvi
clxxxvii. clxxxvii
clxxxviii. clxxxviii
cxciii. cxciii
cxciiii. cxciiii
cxcv. cxcv

illum aut. Et tu cum ihu nazareno erasl. At ille negauit dicens. Neq; scio neq; noui quid dicas. Et exiit foras ante atrium. & gallus cantauit. Rursū aut cum uidisset illum ancilla cepit dicere circumstantibus q hic ex illis est. At ille rursū negauit. Et post paululum rursus qui adstabant dicebant petro. Vere ex illis es. nam & galilee es. Ille aut cepit anathematizare & iurare q nescio hominē istum quem dicitis. Et statim rursū gallus cantauit. Et recordatus est petrus ubi dixerat ei ihs prius quā gallus cantet bis ter me negabis. & cepit flere. Et confestim mane consilium facientes summi sacerdotes cum senioribus & scribis & uniuerso concilio. Vincientes ihm duxerunt & tradiderunt pilato. Et interrogauit eum pilat. Tu es rex iudeorum. At ille respondens ait illi. Tu dicis. Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. Pilat aut rursus interrogabat eum dicens. Non respondes quicq;. Vide in quibus te accusant. Ihs autem amplius nichil respondit ita ut miraret pilat. Per diem autem festum dimittere solebat illis unum ex uinctis quē petissent. Erat aut qui dicebat barrabas qui cum seditionis erat uinctis. qui in seditione fecerat homicidium. Et cum ascendisset turba cepit rogare sicut semp faciebat illis. Pilat aut respondit eis & dixit. Vultis dimittam uob regem iudeorum. Sciebat enim q per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Pontifices aut concitauerat turbam ut magis barrabam dimitteret eis. Pilat aut rursum respondens ait illis. Quid ergo uultis faciam regi iudeorum. At illi rursum clamauerunt. Crucifige eum. Pilat uero dicebat eis. Quid enim mali fecit. At illi magis clamabant. Crucifige eum. Pilatus aut uolens plebi satisfacere dimisit illis barrabam & tradidit eis ihm flagellis cesum ut crucifigeretur. Milites aut duxerunt eum intro in atrium prętorii & conuocant totam cohortem & induunt eum purpura. Et imponunt ei plectentes spineam coronam & cepunt salutare eum. Aue rex iudeorum. Et percutiebant capud eius harundine & conspuebant eum & ponentes genua adorabant eum. Et postquam illuserunt ei exuerunt illum purpura & induerunt eum uestimentis suis. Et educunt illum ut crucifigerent eum & angariauerunt pretereuntem quendam symonem cyreneum uenientem de uilla patrem alexandri & rufi ut tolleret crucem eius. Et perducunt illum in golgotha locum. qd est mons caluarie locus. Et dabant ei bibere myrratum uinum & non accepit. Et crucifigentes eum diuiserunt uestimenta sua mittentes sortem super eis quis quid tolleret. Erat aut hora tertia & crucifixerunt eum. Et erat titulus causę eius inscriptus. rex iudeorum. Et cum eo crucifigunt duos latrones. unum a dextris & alium a sinistris eius. Et adimpleta est scriptura que dicit. Et cum iniquis deputatus est. Et pretereuntes blasphemabant eum mouentes capita sua & dicentes. Vah qui destruit templum dei & in tribus diebus ędificat. saluum fac temet ipsum descendens de cruce. Similiter & principes sacerdotes ludentes ad alterutrum cum scribis dicebant. Alios saluos fecit se ipsum non potest saluum facere. Christus rex israhel descendat nunc de cruce ut uideamus & credamus ei. Et qui cum eo crucifixi erant conuitiabantur ei. Et facta hora sexta tenebre facte sunt per totam terram usq; in horam nonam. Et hora nona exclamauit ihs uoce magna dicens. Heloy heloy lamazapthani. Qd est interpretatum. Deus meus deus meus ut quid me dereliquisti. Et quidam de circumstantibus audientes dicebant. Ecce helyam uocat. Currens aut unus & implens spongiam aceto circumponensq; calamo potum dabat ei dicens. Sinite uideamus an ueniat helyas ad deponendum eum. Ihs aut emissa uoce magna expirauit. Et uelum templi scissum est in duo a summo usq; deorsum. Videns aut centurio qui ex aduerso stabat q sic clamans expirasset ait. Vere homo hic filius dei erat. Erant aut & mulieres de longe aspicientes in quibus erat maria magdalene & maria iacobi minoris & joseph mat & salome. Et cum esset in galilea sequebantur eum & ministrabant ei. Et alie multe que simul cum eo ascenderant ierosolimam.

Et cum iam sero esset factum. q erat parasceue qd est ante sabbatum. uenit joseph ab arimathia nobilis decurio. qui & ipse erat expectans regnum dei. Et audacter introiit ad pilatum & petiit corpus ihu. Pilat aut mirabatur si iam obisset. Et accersito centurione interrogauit eum si iam mortuus esset. Et cum cognouisset a centurione donauit corpus joseph. Joseph aut emerat sindonem & deponens eum inuoluit sindone & posuit eum in monumento qd erat excisum de petra. Et aduolui lapidem ad ostium monumenti. Maria aut magdalene & maria joseph aspiciebat ubi poneretur. Et cum transisset sabbatum. maria magdalene & maria iacobi & salome emerunt aromata ut uenientes ungerent eum. Et ualde mane una sabbatorum ueniunt ad monumentum. orto iam sole. Et dicebant ad inuicem. Quis reuoluet nobis lapidem ab hostio monumenti. Et respicientes uidunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus ualde. Et introeuntes in monumentum. uidunt iuuenem sedentem in dextris coopertum stola candida & obstupuerunt. Qui dicit illis. Nolite expauescere. Ihm queritis nazarenum crucifixum surrexit. non est hic. Ecce locus ubi posuerunt eum. Sed ite dicite discipulis eius & petro. quia precedit uos in galileam. Ibi eum uidebitis sicut dixit uob. At ille exeuntes fugerunt de monumento. Inuaserat enim eas tremor & pauor. Et nemini quicquam dixerunt. Timebant enim. Surgens aut ihs mane prima sabbati apparuit primo marie magdalene de qua ejecerat vii. demonia. Illa uadens nunciauit his qui cum eo fuerant. lugentibus & flentibus. Et illi audientes quia uiuit & uisus est ab ea non crediderunt. Post hec aut duobus ex eis ambulantibus ostensus est in alia effigie eununtibus in uillam. Et illi euntes nunciauerunt ceteris. nec illis crediderunt. Nouissime recumbentibus illis xi. apparuit & exprobrauit incredulitatem illorum & duritiam cordis. quia his qui uiderant eum resurrexisse non crediderant. Et dixit eis ihs. Euntes in mundum uniuersum. predicate euangelium omni creature. Qui crediderit & baptizatus fuerit. saluus erit. Qui aut non crediderit condempnabitur. Signa aut eos qui crediderint. hec sequentur. In nomine meo demonia ejicient. linguis loquentur nouis serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint non eis nocebit. Super egros manus imponent & bene habebunt. Et dns quidem ihs postquam locutus est eis assumptus est in celum & sedet a dextris dei. Illi aut profecti predicauerunt ubique dno cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis. Explicit euangelium secundum marcum. Incipit prologus euangelii secundum lucam.

Lucas syrus natione antiochensis. arte medicus. discipulus apostolorum. postea paulum secutus usq; ad passionem eius seruiens dno sine crimine. Nam neq; uxorem unquam habuit neq; filios. qui annorum obiit in bithinia plenus spiritu sancto. Qui cum iam scripta essent euangelia. per machim quidem in iudea. per marcum aut in italia. sancto illuminante eum principio euangelii sui. causam ipse in principio ait. quia alia essent descripta quam ea que ordo euangelice dispositionis exposcebat. ea maxime necessitate laborasse fratres. ut per omnem grecam fidelibus omnipotentis dei per incarnationem dni manifestata humanitas. ne rudes aut fabulis attenti. in solo legis desidio tenerentur. ne ue heretici fabulis & stultis sollicitationibus seducti excederent a ueritate elaborauerit. Debinc ut in principio euangelii sui natiuitate presumpta &

.xb.c

.xb.c

.x.

cexxxvij cexxxviij

cexxxix cexxxx

cexxxxi cexxxxij

cexxxxiij cexxxxiiij

cexxxxv cexxxxvi

cexxxxvij cexxxxviij

cexxxxix cexxxxx

cexxxxi cexxxxii

cexxxxiii cexxxxiiii

euangl'm scribet & in quo electꝰ scribet indicaret. con-
stanſ in se completa ee: que eent ab alio inchoata. Cui
ſdo post baptſmum filu di a pfectione genationis in
xpo implete & repetende a principio natiuitatis humane
potestat pmissa est. ut requirentibz demonſtraret. in q
apphendens erat p nathan filium introrsu recurren-
tis in dm generationis ad missio indis parabilis di p dicatꝛ
in hominibz xpm finem pfecti operis hominis recluse
in se p filium faceret qui p dauid patrem uementibus
teer prebebat in xpo. Cui luce ſ inmito etiam scriben-
dor aplicor actuum potestat in milio dat. ut do in de-
um pleno & filio pditionis exordio. ozone ab aplis ſa
sorte dm electionis numer complet. Sicq; paulus
ſ ſummatione aplicat actibz daret. quem dns ee sti-
mulos recalcitrantem dis elegisset qd legentibz ac req-
rentibz dm & sp singla expediri a nobis utile fuerat.
Scient tam qd opantem agricolam oporteat de fructi-
bz suis edere. untauum publicam curiositatem nec ſ
tam uolentibz dm uideremꝰ esm fastidientibz procli-
disse. Explicit plogꝰ. Incipiunt capla. ·i·

Zacharias uso anglo op ſ credidit obmutuit. elisabeth
uxor eius concep. maria q de spu scō cum accepisset salutauit
elisabeth. salutata pphauit & pepit. uocauit filu nomine ihs:
zacharias scripsit. ppheauit illum p uentu ait dm. post q
maria pepit ihm posuit in p sepio. qui a pastorib; uocata
anglor indicia inuenit & viii. die circumcidit. ·ii·

Symeon uisto xpm manibz sumptum benedixit. anna
pphetissa de q pdixat. ihc annor. xii. in templo cui doctorib;
legis inuenit se in rebz pris ee oportet p nuntiat. ·iii·

Anno. xv. ipii tyberii cesaris iohis penam p dicat. formam
xpm designat uenturu. quo baptizato in columbe figa descen-
dit spūs. uox de celis indicat filiu di qui putabat filꝰ ioseph.
Ductus in desertum ihc & ieiunat. tempt. tunicis. ·iiii·
reuisit in galylea docet. sabbis in synagoga ysaiam se signa-
re. inuenit pphetam in patria sua dicta accepturu. de q erect a pud
capharnaum uolentem demonio sabbis uibat. socer symonis a
febribz & mlor male hūt tel cat. demonia se obtentia tuere
pat. de naui alloq. de q pisces multos cap facit. iacobu & petru
iohem. iacobu eleg. lepsum mundat. in deserto orat. ·v·

Paralitice demissu p tectu ihc a peccis & infirmitate uibat.
scribam publicanu sequi iubet. ap q manducantibz phisees. ce
nam dic sanos ſ ee op medico & de ieiunio disputantes palbo
la panni & utri posi. spicas uellentibz discipis. panes ppositor
memorat. hominem manu aridam hntem sabbis cat. in ozone
pnoctat. aplos eligit. ibat alloq. b'itudines aliar & ruinar infeli
citate p nuntiat. palbolas pferens de ducatu ceci & magistro. de
cipla & festuce in oculo. de trabe & arbore bonis fructi & malis
de hoie q domu sup petram & sup harenam edificauit. ·vi·

Centurionis puer sat. unde duo filii resuscitat. iohis discipli
mittit ad ihm & de hoie loq. subnectens filiu dne
pfetor & foro luden. mulier peccatrix lacrimis pedes & lauat
crines. pp q dic palbolam debitoris & pat & multi occidit in
terne. seqntibz se obis & mulieribz que cat erant silium
dne seminantis dic. & semen in bona trā & pessima terra. luce
na & sb uase & fit candelabru pone. matrem & fres repudiat.
naufragant & sopiti tempestate sedat. hoiem a malo dem uibat.
a mi filiam dum uult suscitare & uibat a pfluo ·vii·
mulierem. puellam q uiuificat.
Mittit discipli p dicare data eis oi potestate. qbz hode
mutante reuisit in deserto de v. panibz & ii. pisibz. v. oi.
hominu saciat. interrogans q de dicent de. a pet & declarat.
& monet abnegans semetipm crucem tollere & sequi designans
& illuc q morte figultarent. ad uitam eternam ee. ·ix·

In monte assumpto pet iacobo & iohe & transfigat. inter moy-
sen & helyam uisus. & uia tabernacla petro debet fieri. de nube obum-
brat. ac uox celestis filiu declarat. pnum lunatic sanat. ac se
cundi hre pnuntiat. & cogitantes discipli q eor maior eet in
struit. ac fi phibend qui in nomine suo uirtutes faciat. a sama-
ritanis in recipi. uolentes apli ignem sup eos descende impat
sequi uolentis se fi hre in cap reclinet p dic. alium sui q pris
morte intermissa eligit. & alii uolenti sui primu refutare. a
ratoni figam ponit retro respicienti. ·x·

Eligit. lxx. quos mittit ad p dicandu. ipse in impat ciuita-
tes & castella discipli ex eo dic felicitores q eor nomina in celo
eent scripta. ob q rem gias agit pri q iona sint paruis revela-
ta. & ab hijs edita a pre manifestat. q declarat neminem nos
se pter filium. & patos q oculos qui uidint id q apphetis & regu
gui puto cepta & mandata que fi preceptor dnis. parabolam inuitati
q leuita & sacdote p cuntes samaritanu collig. ap marchas
marte prem collaudat. ·xi·

Post ozonem p manu docet ozonem. & palbolam petis ei. qui pp re-
dium dat postulanti panes. petendo querendo & pulsando
exemplo assertens demoniu eicient. de phiseos in principe de-
monior operantes destruit. & atos q dic qui audiunt ver-
bum di & custodiunt. clamosi signum ionne & regine aquil.
& de nutrientis & de lucerna sub candelabru & dic q oculus & lucer-
na corpis. ap phiseu inuitat. poci lauand q do intus & elemo-
sinas pnuntiat. increpat phiseos & legis doctores. ·xii·

Pharisei uolentibz cu eo ad epulandu discipli palam docet
ne eor fallacia caueant. & eum timeant q post p mortem
in gehennam mittere & plus ee discipli. v. passeribz dupon-
dio ualentibz & negantem se negatum & peccanti in spm
scm si remittendu & in cogitatis quid de phetis ut loquat. peten-
ti respondet se si ee diuisorem hereditatis. sibi iudicem ei dari
nolita nata sit. & ara eo nocte petit. ac docet ex pleni in co-
gitandu de crastino. faciendo elemosinas omnibz uendi ut
ungulandu. dic pecu felicius ee bonis dispensatore. Jn dicit ig-
nem mittere sit etiam si pacem. turbas q dic q facie celi cognoscere
tempa si intelligent. quos monet dum in uia eent reconci-
liarent ad iudicarios. ne reclusi in eruent donec nouissimi
quadrantem reddereut. ·xiii·

Dum ei nuntiatu fuisset galileos occisos. monet agendam
penam. parabolam ficulnee subuungens q dns eis in fructuo-
sam uellet excidi cultor statim postulauit. eis mulierem annis
xviii. curuam erexit. indignante archisinagogis in pat. vbi
silicudinem gen synagis subuung. ex q arbor maior holeribz
nascit & fermentu q ab scondit in mulier in farina & ut mi-
cat per angulum ostii ne claudat phiseis ei dicentibz q
hodie cum uellet eis occidere. dic eum uulpem. pphetam exer
tiorem in pure & increpat iherlim. ·xiiii·

Sabbis cat hydropicu. discubendi dat ordinem. inuitantes
hortatur parupes patre. silicudinem uungens hois. qui excu
santibz inuitatis. cecos claudos debiles uocauit & ibat de
plateis hortat ozonem affectoem pp se relinquendam paro
lam ponens eam edificare uolentis & regis. ·xv·

Sal fatuatum ee fidele. minantibz phiseis de ouuno
pastor dat silicudinem pastoris pp unam ouem. lxxxxix.
relinquit & mulierem que una dragmam perdita inuenit
gaudet. si & hois qui duobz filiis siui substantiam diuisit. ex
quibz iuuenior pdige egit. p q uitis occidit. de dispensatore p
digo qui sapienter fecit. & ideo exco bis hortat opandu. & de
ridebant eum. cui phiseos increpat. legem & pphas usq ad
iohem dicens. ac meo hanc eum ostendi qui sua dimissa al
tam accipit uxorem & ab alio dimissam ducit. ·xvi·

Parabolam de diuite & lazaro. & ii minimis de credentib
scandalizandi. atq omia accepta firi remittenda. & q fidei

ut ḡnum sinapis cū sterat arborem magnā i mare. q̄z scr
uitutum debitū exhibendi. x. legis curauit. de quibz unus reū
sibi sequutꝰ. grās agens dō. Iuxta nos ēe regnum dei. regnū
aut ipm uxt exemplum noe l'loth subito uenire. at nō aliū
alterum. r alium relinqui. r ubi fuit corp illic aquile. similitudi
nē uidue rogantis. r iudicis unig. r duor in templo orantiū.
r infantes cū phariseis. Similitudo diuitis. r cameli facilius p
foramē acꝰ ētrare. r omnia hic relinquenda.

Cum diceret illi aduentā sibi indicaret. cecum illuminantem
curauit. zacheum collaudat. dum diuisā substantiam pauperib⁹ offerē.
r filium diem de eo qui. x. minas talis ad regem seruos suos di
stribuit. r de exercitu eor qui eum regem recusauerē. sup pul
lum asine sedit. r hierlim fleuit. r uenta ei p̄dicit. Ubi de tē
plo ēiectis emētib⁹ et uendentes columbas eicit. pharisei uinitorum
in q̄ potestate hec faceret de baptismo rogant. parabolam subiun
git eis qui cū seruos misisset ad uineā. postea filiū misit. r de
lapide ab edificantibz reprobato.

Tentat de tributo. respondi. de muliere q̄ vii. uiros habuit.
adducit de se uinitorum qui. x. filios dare debebat. cū eum ipe dimit
tat. r monet a scribis cauendi. uiduā laudat. q̄ in donario du
o minuta misit. de templi structura. r de futura psecutione. r de
extremi iudicii. r finis scli. de aduentu. x. in maiestate. r similitu
dine ficulnee. r monet uigilandi.

De extremo die appropinquante. Iudas demoniū replet. detra
dendi tempta. pascha. r cenam apparat. discipulis sedentibus
sacramenti panis. r calicis ostendit. ac traditorem designat. cer
tantibz de gradu eum p̄ferri. qui minime. r per dicē q̄s eum ēet
negaturus. ac monitis discipli ut uenturo uestituro etiam
gladium. pgit ad montē oliueti. q̄ cū orasset discipulos exercitat.

Intercedente uidua uenit iuda. r
oscula dedit. xp̄e. r petro seruo auriculam abscidit. Ductus ihu ad
domū principis sacerdotū. petrus ibi ter negauit. x. deducti. mino
rat a iudeis. a pilato. r ab herode. ac rursum a pilato. r herode
redeunt. barrabas dimittit. r ihe a militibus crucifigendi. flentium
qui plangentibz eū mulieribz ut sese magis plangent dix.
r infelices uel tyro acetu potui accepto. cruci regi designat. aq̄ uin
ge latronibz credens ad paradisum ducit. ab hora sexta usq̄ ad no
nam. sol obscuratus. r ihu spiritu emittente uelum templi scissum. q̄bz
militis centurio. q̄ aderant dominum magnificant. Joseph postulat
corp. r sepelit. q̄s mulieres relinquant. ēt inuenerunt.

Nuntiant mulieres angelorum uisionem. ii. ex discipli. eun
tes duo ad castellum in panis fractione xp̄m agnoscē. r reuer
si. discipulis indicant. quibz ihe apparuit. r plagas ostendit.
corp eorum aperit ad intelligendas. q̄ hoc pati oportuerit. r ut illuc
ire. donec in eos uenisset uirtutē. admonuit. Ipe te benedixit
eos. r recessit. relinquit. q̄ laudantes. dominum in templo.

Incipit euangelium secundum lucam.

Quoniam quidem multi conati
sunt ordinare narrationem
que in nob⁹ completa sunt rerū
sicut tradiderunt nob⁹ qui ab initio
ipi uiderunt. r ministri fuerunt
sermonis. uisum est. r mihi as
secuto a principio omnia diligen
ter. ex ordine tibi scribere optime theophile. ut cognoscas
eorum uerborum de quibz eruditus es ueritatem. Fuit in diebz
herodis regis iudee sacerdos quidam nomine zacharias de
uice abia. r uxor illi de filiabz aaron. r nomen eius eli sa
bech. Erant autem iusti ambo ante deum incedentes in
omnibz mandatis. r iustificationibz dñi sine querela.
Et non erat illis filius eo q̄d esset elisabech sterilis. r ambo p
cessissent in diebz suis. Factum est autem cum sacerdotio fun
geret in ordine uicis sue ante deum secundum consuetudinem
sacerdotii sorte exiit ut incensum poneret ingressus in tem
plum dñi. Et omnis multitudo erat populi orans foris ho
ra incensi. Apparuit autem illi angelus dñi stans a dextris
altaris incensi. Et zacharias turbatus est uidens. r timor
irruit super eum. Dixit autem ad illum angelus. Ne timeas
zacharia quoniam exaudita est deprecatio tua. r uxor tua elisabet
pariet tibi filium. r uocabis nomen eius iohannem. Et erit tibi gaudium
r exultatio. r multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit enim
magnus coram dño. et uinum r siceram non bibet. r spū scō
replebit adhuc ex utero matris sue. r multos filioꝝ israel conuertet ad
dñm deum ipsoꝝ. Et ipe precedet ante illum in spū r uirtute
helie. ut conuertat corda patrum in filios. r incredibiles ad
prudentiam iustoꝝ. parare dño plebem ptam. Et dixit
zacharias ad angelum. Unde hoc sciam. Ego enim sum senex
r uxor mea processit in diebz suis. Et respondens angelus di
xit ei. Ego sum gabrihel qui adsto ante deum. r missus sum
loqui ad te. r hec tibi euangelizare. Et ecce eris tacens. r non
potens loqui usq̄ in diem quo hec fiant. p eo q̄ non credidi
sti uerbis meis que implebunt in tempore suo. Et erat
plebs expectans zachariam. r mirabantur q̄d tardaret
ipe in templo. Egressus autem non poterat loqui ad illos. Et
cognouerunt q̄d uisionem uidisset in templo. Et ipe erat
innuens illis. r permansit mutus. Et factum est ut impleti sunt
dies officii ei. abiit in domum suam. Post hos autem dies
concepit elisabech uxor ei. r occultabat se mensibz. v. di
cens. Quia sic mihi fecit dñs in diebz quibz respexit au
ferre obprobrium meum inter homines. Sexto autem
mense missus est angelus gabrihel a deo in ciuitatem galilee cui
nomen nazareth ad uirginem desponsatam uiro cui nomen
erat ioseph de domo dauid. r nomen uirginis maria. Et in
gressus angelus ad eam dixit. Ave gratia plena dñs tecum. benedicta
tu in mulieribz. Que cum audisset turbata est in sermo
ne eius. r cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus
ei. Ne timeas maria. inuenisti enim gratiam apud deum.
Ecce concipies in utero. r paries filium. r uocabis nomen
eius ihesum. Hic erit magnus. r filius altissimi uocabitur. Et dabit
illi dñs deus sedem dauid patris eius. r regnabit in domo ia
cob in eternum. r regni eius non erit finis. Dixit autem maria
ad angelum. Quomodo fiet istud quoniam uirum non cognosco. Et respon
dens angelus dixit ei. Spūs scūs superueniet in te. r uirtus altis
simi obumbrabit tibi. Ideoque r qd nascetur ex te sanctum uocabitur
filius dei. Et ecce elisabech cognata tua. r ipa concepit filium
in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi que uocatur sterilis.
quia non erit impossibile apud deum omne uerbum. Dixit autem maria.
Ecce ancilla dñi. fiat mihi secundum uerbum tuum. Et discessit
ab illa angelus. Exurgens autem maria in diebz illis abiit
in montana cum festinatione in ciuitatem iude.
Et intrauit in domum zacharie. r salutauit elisabech.
Et factum est ut audiuit salutationem marie elisabech
exultauit infans in utero eius. Et repleta est spū scō elisabech
r exclamauit uoce magna. r dixit. Benedicta tu inter mu
lieres. r benedictus fructus uentris tui. Et unde hoc mihi ut
ueniat mater dei mei ad me. Ecce enim ut facta est
uox salutationis tue in auribz meis. exultauit in
gaudio infans in utero meo. Et beata que credidisti.
quoniam perficientur ea que dicta sunt ei a dño. Et ait maria.
Magnificat anima mea dñm. Et exultauit spūs meus
in deo saluatori meo. q̄ respexit humilitatem ancille
sue. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generatio
nes. q̄ fecit mihi magna qui potens est. r sanctum nomen eius.
Et misericordia eius in progenies. r progenies timentibz eum. Fecit

potentiam in brachio suo. dispsit superbos mente cordis sui.
Deposuit potentes de sede. & exaltauit humiles. Esurientes
implenit bonis. & divites dimisit inanes. Suscepit
israel puerum suum. memorari misericordie sue. Sicut locut⁹ est
ad patres nros. abraham & semini ei in sclā. Mansit
autē maria cum illa qm̄ fere tribus & reuersa ē in domū suā.
Elisabeth autē impletum ē tempus pariendi. & peperit filiū.
Et audierūt uicini & cognati ei. qm magnificauit dns misericordiam
suam cum illa. & congratulabant ei. Et factū est in die octauo
uenerūt circūcidere puerū & uocabant eum nomine patris sui zachariam.
Et respondens mat⁹ ei dixit. Nequaqm sed uocabit iohes.
Et dixerūt ad illam. qm nemo est in cognatione tua qui uocetur
hoc nomine. Innuebant autē patri ei. quem uellet uocari
eum. Et postulans pugillarem scripsit dicens. Johes est nomen
ei. Et mirati sūt uniuersi. Apertum est autē illico os ei & lingua
ei & loquebat benedicens deum. Et factus est timor super omnes uicinos eorum. & super omnia montana iudee diuulgabantur omnia uerba
hec. Et posuerūt omnes qui audierant in corde suo dicentes.
Quis putas puer iste erit. Etenim manus dni erat cum illo.
Et zacharias pr ei impletus est spū scō & prophauit dicens. Benedictus dns deus israel. quia uisitauit & fecit redemptionem plebis
sue. Et erexit cornu salutis nobis. in domo dauid pueri sui. Sicut locut⁹ est per os sanctorum. qui a sclo sunt prophetarum ei. Salutem ex
inimicis nris. & de manu omnium qui oderunt nos. Ad faciendam misericordiam cum patribus nris. & memorari testamenti
sui sci. Iusiurandum quod iurauit ad abraham patrem nostrum. daturum se nobis. Ut sine timore de manu inimicorum nrorum liberati. seruiamus illi. In sanctitate & iustitia coram
ipso. omnibus diebus nris. Et tu puer propheta altissimi uocaberis.
præibis enim ante faciem dni parare uias ei. Ad dandam scientiam
salutis plebi ei. in remissionem peccatorum eorum. Per uiscera
misericordie dei nri. in quibus uisitauit nos oriens ex alto. Illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent. ad
dirigendos pedes nros in uiam pacis. Puer autē crescebat
& confortabatur spū. & erat in desertis usq in diem ostensionis
sue ad israel. Factum est autē in diebus illis. exiit edictum a cesare
augusto. ut describeretur uniuersus orbis. Hec descriptio prima
facta est a præside syrie cyrino. Et ibant omnes. ut profitērent singuli
in suam ciuitatem. Ascendit autē & ioseph a galilea de ciuitate nazareth in iudeam ciuitatem dauid que uocat⁹ bethleem. eo quod esset de domo & familia dauid. ut profiteret cum maria
desponsata sibi uxore prægnante. Factum est autē cum essent
Cum hec ad illos diceret. ceperunt phisei ⁊ legisperiti grauiter insistere ⁊ os eius oppilare. de multis insidiantes ei. Et querentes capere aliquid ex ore eius ut accusarent eum. Multis autē turbis circumstantibus ita ut se inuicem conculcarent. cepit dicere ad discipulos suos. Attendite a fermento phariseorum qđ est ypocrisis. Nichil autē opertum qđ nō reuelet. neq; absconditum qđ nō sciat. Quia que in tenebris dixistis. in lumine dicentur. ⁊ qđ in aure locuti estis in cubiculis. predicabitur in tectis. Dico autē uob amicis meis ne terreamini ab his qui occidunt corpus. ⁊ post hec nō habent amplius qđ faciant. Ostendam autē uobis quem timeatis. Timete eum qui postq̃ occiderit. habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico uob hunc timete. Nonne v. passeres ueneunt dupondio. ⁊ unus ex illis nō est in obliuione coram deo. Sed ⁊ capilli capitis uri omnes numerati sūt. Nolite ergo timere. multis passeribus pluris estis. Dico autē uobis omnis quicūq; confessus fuerit me coram hominibus. ⁊ filius hominis confitebitur illum coram angelis dei. Qui autē negauerit me coram hominibus. denegabitur coram angelis dei. Et omnis qui dixerit uerbum in filium hominis remittetur ei. Ei autē qui in spm scm blasphemauerit. non remittetur. Cum autē inducent uos in synagogas. ⁊ ad magistratus. ⁊ potestates. nolite solliciti esse quomodo aut quid respondeatis. aut quid dicatis. Spūs enim scs docebit uos in ipa hora que oporteat dicere. Dixit autē quidam ei de turba. Magiste dic fri meo ut diuidat mecum hereditatem. At ille dixit ei. Homo quis me constituit iudicem aut diuisorem super uos. Dixitq; ad illos. Uidete ⁊ cauete ab omni auaritia. quia nō in habundantia cuiusquam in uita est ei de his que possidet. Dixit autē similitudinem ad illos dicens. Hominis cuiusdam diuitis uberes fructus agri attulit. ⁊ cogitabat intra se dicens. Quid faciam qđ nō habeo quo congregem fructus meos. Et dixit. Hoc faciam. destruam horrea mea. ⁊ maiora faciam. ⁊ illuc congregabo omnia que nata sūt mihi. ⁊ bona mea. ⁊ dicam aie mee. Anima habes multa bona posita in annos plurimos. requiescе. comede. bibe. epulare. Dixit autē illi ds. Stulte hac nocte animam tuam repetunt a te. que autem parasti cuius erunt. Sic est qui sibi thesaurizat. ⁊ nō est in deum diues. Dixitq; ad discipulos suos. Ideo dico uob nolite solliciti esse aie quid manducetis. neq; corpi quid uestiamini. Anima plus est quam esca. ⁊ corpus plus est quam uestimentum. Considerate corui os qr nō seminant neq; metunt. quibus nō est cellarium neq; horreum. ⁊ deus pascit illos. Quanto magis uos pluris estis illis. Quis autē uestrum cogitando potest adicere ad staturam suam cubitum unum. Si ergo neq; qđ minimum est potestis. quid de ceteris solliciti estis. Considerate lilia quomodo crescunt. Non laborant nec nent. Dico autē

uob qp nec salomon in omi gla sua uestiebat sicut unum ex
illis. Si aut fenum agri qd hodie in agro e & cras in clibanu mittit ds sic uestit quanto magis uos pusillefidei. Et uos
nolite querere quid manducetis aut quid bibatis & nolite in
sublime tolli. Hec enim omia gentes mundi querit. pater
aut ur scit qm his indigetis. Verumtm querite regnum di.
& hec omia adiuent uob. Nolite timere pusillus grex. qr co
placuit patri uro dare uob regnum. Vendite que possidetis &
date elemosinam. facite uob saculos qui non ueterascut. thesaurum fi deficientem in celis. quo fur non appropriat neq tinea corrumpit. Vbi enim thesaur ur e. ibi & cor uram erit. Sint
lumbi uri precincti & lucerne ardentes. Et uos similes homini
bus expectantibus dm suum quando reuertatur a nupcijs. ut cu uenit
& pulsauerit. confestim aperiant ei. Beati serui illi quos cu uenerit dns inuenerit uigilantes. Amn dico uob qd precinget se & faciet illos discumbere & transiens ministrabit illis. Et si uenerit in
secda uigilia & si in tercia uigilia uenerit & ita inuenerit. beati sunt
serui illi. Hoc aut scitote qr si sciret paterfamilias qua hora
fur uenturus esset. uigilaret utiq & non sineret perfodi domum suam.
Et uos estote parati. qr qua hora non putatis filius hominis uenturus est. Dixit aut ei petr. Dne ad nos dicis hanc parabolam an ad omes.
Dixit aut dns. Quis putas est fidelis dispensator & prudens quem
constituit dns sup familiam suam ut det illis in tempe tritici
mensuram. Beatus ille seruus quem cum uenerit dns inuenerit ita facientem. Ve dico uob qr sup omia que possidet constituet illum. Quod si dixerit seruus ille in corde suo moram facit
dns meus uenire & ceperit percutere pueros & ancillas & edere &
bibere & inebriari. ueniet dns serui illius in die qua non sperat
& hora qua nescit & diuidet eum. partemq ei cum infidelibus
ponet. Ille aut seruus qui cognouit uoluntatem dni sui
& non preparauit & non fecit secm uoluntatem ei. uapulabit multis. Qui aut non cognouit & fecit digna plagis uapulabit
paucis. Omi aut cui multum datum e. multum quere
& ab eo. Et cui commendauerit multum. plus petent ab eo. Ignem ueni mittere in terram & quid uolo nisi ut accendatur. Baptisma aut habeo baptizari & quo coarctor usq dum perficiat.
Putatis q pacem uenerim dare in terram. Non dico uob. Sed
separationem. Erunt enim ex hoc v. in domu una diuisi
tres in duos & duo in tres dividentur. Pater in filium & filius in
patrem suum. mater in filiam & filia in matrem. socrus in nurum suam & nurus in socrum suam. Dicebat aut & ad turbas. Cum uidetis nubem orientem ab occasu. statim dicitis. Imbrem uenit & ita fit. Et cum austrum flantem dicitis q estus erit & fit. Hypocrite faciem tre & celi nostis probare. hoc aut tempus quo non probatis. Quid aut & a uob ipsis non iudicatis qd iustum e. Cum aut uadis cum aduersario tuo ad
principem in uia. da operam liberari ab illo. ne forte trahat te
ad iudicem & iudex tradat te exactori & exactor mittat te
in carcerem. Dico t non exies inde donec & nouissimum minutum
reddas.

Aderant aut quidam ipo in
tempe nuntiantes illi de galileis quor sanguem pilatus
miscuit cum sacrificijs eor. Et respondens dixit illis. Putatis quia galilei pomnibus galileis peccatores fuerint quia talia pas
sifint. Non dico uob. Sed nisi penitentiam habueritis. omes similiter
peribitis. Et sicut illi xviii. sup quos cecidit turris in siloa
& occidit eos. Putatis q & ipsi debitores fuerint pter omnes
homines habitantes in hierm. Non dico uob. Sed si non
penitentiam habueritis. omes similit peribitis. Dicebat aut
hanc similitudinem. Arborem fici habebat quidam plantatam in uinea sua & uenit querens fructum in illa & non inuenit. Dixit aut ad cultorem uinee. Ecce anni tres sunt
ex quo uenio querens fructum in ficulnea hac & non inuenio. Succide ergo illam. Vtquid etiam terram occupat. At il-
le respondens dixit illi. Dne dimitte illam & hoc anno
usq dum fodiam circa illam & mittam stercora. Et si quidem
fecerit fructum. sin aut in futurum succides illam. Erat autem
docens in synagoga eor sabbatis. Et ecce mulier que habebat spm infirmitatis annis xviii. & erat inclinata & non
potens sursum respicere. Quam cum uidisset ihc. uocauit ad se
& ait illi. Mulier dimissa es ab infirmitate tua. Et inposuit
illi manus & confestim erecta est & glificabat dm. Respondens autem archisynagogus indignans q sabbo curasset ihc. di
cebat turbe. Sex dies sunt in quibus oportet operari. in his ergo
uenite & curamini & non in die sabbi. Respondit aut dns ad
illum & dixit. Hypocrite unusquisq uestrum sabbo non soluit
bouem suum aut asinum a presepio & ducit adaquare.
Hanc aut filiam abrahe quam alligauit satanas. ecce ex.
& viii. annis non oportuit solui a uinculo isto die sabbi. Et
cum hec diceret. erubescebant omes aduersarii ei. & omis po
pulus gaudebat in universis que gliose fiebant ab eo. Dicebat
ergo. Cui similis est regnum di. & cui similis eam estimabo. Illud.
Simile est grano synapis qd acceptum homo misit in hortum
suum & creuit & factum est in arborem magnam & uolucres ce
li requieuerunt in ramis eius. Et rursum dixit. Cui similis estimabo regnum di. Simile est fermento qd acceptum mulier abscon
dit in farine sata tria donec fermentatum totum. Et ibat per ci
uitates & castella docens & iter faciens in hierlm. Ait aut illi quidam. Dne si pauci sint qui saluantur. Ipse aut dixit ad illos.
Contendite intrare per angustam portam. quia multi dico uob
querent intrare & non potuerunt. Cum aut intrauerit pater familias
& clauserit ostium. incipietis foris stare & pulsare ostium dicentes.
Dne apri nob. Et respondens dicet uobis. Nescio uos unde sitis.
Tunc incipietis dicere. Manducauimus coram te & bibimus & in pla
teis nris docuisti. Et dicet uob. Nescio uos unde sitis. discedite
a me omes operarii iniquitatis ibi erit fletus & stridor dentium.
Cum uiderit abraham & ysaac & iacob & omes pphas in regno
dei. uos aut expelli foras & uenient ab oriente & occidente & aq
lone & austro & accumbent in regno dei. Et ecce sunt nouissimi
qui erunt primi & sunt primi qui erunt nouissimi. In ipsa die ac
cesserunt quidam phariseor dicentes illi. Exi & uade hinc. quia ho
rodes uult te occidere. Et ait illis. Ite dicite uulpi illi. Ecce ejicio
demonia & sanitates perficio hodie & cras & tercia die consumor.
Verumtm oportet me hodie & cras & sequenti ambulare
quia non capit pphetam pire extra hierlim. Hierlim hierlim que occidis pphetas & lapidas eos qui mittuntur ad te. Quoties uo
luj congregare filios tuos quemadmodum auis nidum suum sub
pennis & noluisti. Ecce relinquetur uob domus uestra deserta. Di
co aut uob qr non uidebitis me donec ueniat cum dicetis. Benedictus qui uenit in nomine dni. Et factum est cum intraret in domum
cuiusdam principis phariseor sabbo manducare panem & ipsi
observabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum.
Et respondens ihc dixit ad legis peritos & phariseos dicens. Si licet sabbato curare. At illi tacuerunt. Ipse aut apprehensum eum sanauit ac dimisit. Et res
pondens ad illos dixit. Cuius uestrum asinus aut bos in puteum cadet
& non continuo extrahet illum die sabbi. Et non poterant ad hec
respondere illi. Dicebat aut ad inuitatos parabolam. intendens quomodo primos accubitus eligerent dicens ad illos. Cum inuitatus fuis ad nuptias non discumbas in primo loco ne forte ho
noratior te sit inuitatus ab eo. & ueniens is qui te & illum uocauit dicat tibi. Da huic locum. Et tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere. Sed cum uocatus fueris uade recumbe in no
uissimo loco. ut cum uenerit qui te inuitauit dicat tibi. Amice ascende superius. Tunc erit tibi gla coram simul discumbentibus. Quia omis qui se exaltat humiliabit & qui se humiliat exaltabit. Dicebat aut & ei qui se inuitauerat. Cum facis

clxxxi. clxxxi

clxxxii. clxxxii

clxxxiii. clxxxiii

clxxxiv clxxxiv

clxxxv clxxxv

clxxxvi clxxxvi

clxxxvii clxxxvii

clxxxviii clxxxviii

clxxxix clxxxix

cxc

prandium aut cenam noli uocare amicos tuos. neq; fres tuos. neq; cognatos neq; uicinos diuites. ne forte & ipi te rem uocent. & fiat tibi retributio. Sed cum facis conuiuium uoca pauperes debiles claudos cecos & beatus eris quia non habent retribuere tibi. retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. Hec cum audisset quidam de simul discumbentibus dixit illi. Beatus qui manducabit panem in regno dei. Ait ipe dixit illi. Homo quidam fecit cenam magnam & uocauit multos. Et misit seruum suum hora cene dicere inuitatis ut uenirent quia iam parata sunt omnia. Et ceperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei. Villam emi & necesse habeo egre & uidere illam. Rogo te habe me excusatum. Et alius dixit. Juga boum emi quinq; & eo probare illa. Rogo te habe me excusatum. Et alius dixit. Uxorem duxi & ideo non possum uenire. Et reuersus seruus nunciauit hec domino suo. Tunc iratus pater familias dixit seruo suo. Exi cito in plateas & uicos ciuitatis & pauperes ac debiles & cecos & claudos introduc huc. Et ait seruus. Domine factum est ut imperasti & adhuc locus est. Et ait dominus seruo. Exi in uias & sepes & compelle intrare ut impleatur domus mea. Dico autem uobis quod nemo uirorum illorum qui uocati sunt gustabunt cenam meam. Ibant autem turbe multe cum eo. Et conuersus dixit ad illos. Si quis uenit ad me & non odit patrem suum & matrem & uxorem & filios & fratres & sorores. adhuc autem & animam suam non potest meus esse discipulus. Quis enim ex uobis uolens turrem edificare. nonne prius sedens computat sumptus qui necessarii sunt. si habeat ad perficiendum. ne postea cum posuerit fundamentum & non potuerit perficere. omnes qui uident incipiant illudere ei dicentes. Quia hic homo cepit edificare & non potuit consummare. Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem nonne sedens prius cogitat si possit cum decem milibus occurrere ei qui cum uiginti milibus uenit ad se. Alioquin adhuc illo longe agente legationem mittens rogat ea que pacis sunt. Sic ergo omnis ex uobis qui non renuntiat omnibus que possidet non potest meus esse discipulus.

Bonum est sal. Si autem sal quoq; euanuerit in quo condietur. Neq; in terram neq; in sterquilinium utile est sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi audiat. Erant autem appropinquantes ei publicani & peccatores ut audirent illum. Et murmurabant pharisei & scribe dicentes. quia hic peccatores recipit & manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam dicens. Quis ex uobis homo qui habet. c. oues & si perdiderit unam ex illis. nonne dimittit nonaginta nouem in deserto. & uadit ad illam que perierat donec inueniat illam. Et cum inuenerit eam imponet in humeros suos gaudens. Et ueniens domum conuocat amicos & uicinos dicens illis. Congratulamini mihi. quia inueni ouem meam que perierat. Dico uobis quia ita gaudium erit in celo super uno peccatore penitentiam agente quam super. lxxxxix. iustis qui non indigent penitentia. Aut que mulier habens drachmas. x. si perdiderit drachmam unam. nonne accendit lucernam & everrit domum & querit diligenter donec inueniat. Et cum inuenerit. conuocat amicas & uicinas dicens. Congratulamini mihi. quia inueni drachmam quam perdideram. Ita dico uobis gaudium erit coram angelis dei super uno peccatore penitentiam agente. Ait autem. Homo quidam habuit duos filios & dixit adolescentior ex illis patri. Pater da mihi portionem substantie. que me contingit. Et diuisit illis substantiam. Et non post multos dies congregatis omnibus adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam. Et ibi dissipauit substantiam suam uiuendo luxuriose. Et postquam omnia consummasset. facta est fames ualida in regione illa. & ipe cepit egere. Et abiit & adhesit uni ciuium regionis illius & misit illum in uillam suam ut pasceret porcos. Et cupiebat implere uentrem suum de siliquis quas porci manducabant. & nemo illi dabat. In se autem reuersus dixit. Quot mercenarii in domo patris mei habundant panibus. ego autem hic fame pereo. Surgam & ibo ad patrem meum & dicam illi. Pater peccaui in celum & coram te. & iam non sum dignus uocari filius tuus. fac me sicut unum ex mercenariis tuis. Et surgens uenit ad patrem suum. Cum autem adhuc longe esset. uidit illum pater ipsius & misericordia motus est. Et accurrens cecidit super collum eius. & osculatus est illum. Dixitq; ei filius. Pater peccaui in celum & coram te. iam non sum dignus uocari filius tuus. Dixit autem pater ad seruos suos. Cito proferte stolam primam & induite illum & date anulum in manu eius & calciamenta in pedes. Et adducite uitulum saginatum & occidite & manducemus & epulemur. quia hic filius meus mortuus erat & reuixit. perierat & inuentus est. Et ceperunt epulari. Erat autem filius eius senior in agro. Et cum ueniret & appropinquaret domui. audiuit symphoniam & chorum & uocauit unum de seruis & interrogauit que hec essent. Ipse autem dixit illi. Frater tuus uenit & occidit pater tuus uitulum saginatum. quia saluum illum recepit. Indignatus est autem & nolebat introire. Pater ergo illius egressus cepit rogare illum. At ille respondens dixit patri suo. Ecce tot annis seruio tibi & numquam mandatum tuum preterii & hedum numquam dedisti mihi ut cum amicis meis epularer. Sed postquam filius tuus hic qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus uenit. occidisti illi uitulum saginatum. Et ipse dixit illi. fili tu semper mecum es & omnia mea tua sunt. Epulari autem & gaudere oportebat. quia frater tuus hic mortuus erat & reuixit. perierat & inuentus est. Dicebat autem & discipulis suis. Homo quidam erat diues qui habebat uillicum & hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset bona ipsius. Et uocauit illum & ait illi. Quid hoc audio de te. Redde rationem uillicationis tue. iam enim non poteris uillicare. Ait autem uillicus intra se. Quid faciam quia dominus meus aufert a me uillicationem. fodere non ualeo. mendicare erubesco. Scio quid faciam ut cum amotus fuero a uillicatione recipiant me in domos suas. Conuocatis itaq; singulis debitoribus domini sui. dicebat primo. Quantum debes domino meo. At ille dixit. Centum cados olei. Dixitq; illi. Accipe cautionem tuam & sede cito scribe quinquaginta. Deinde alii dixit. Tu autem quantum debes. Qui ait. Centum choros tritici. Ait illi. Accipe litteras tuas & scribe octoginta. Et laudauit dominus uillicum iniquitatis quia prudenter fecisset. quia filii huius seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. Et ego dico uobis. facite uobis amicos de mamona iniquitatis. ut cum defeceritis recipiant uos in eterna tabernacula. Qui fidelis est in minimo & in maiore fidelis est. & qui in modico iniquus est & in maiore iniquus est. Si ergo in iniquo mamona fideles non fuistis. quod uerum est quis credet uobis. Et si in alieno fideles non fuistis. quod uestrum est quis dabit uobis. Nemo seruus potest duobus dominis seruire. Aut enim unum odiet & alterum diliget. aut unum sustinebit & alterum contemnet. Non potestis deo seruire & mamone. Audiebant autem hec omnia pharisei qui erant auari & deridebant illum. Et ait illis. Vos estis qui iustificatis uos coram hominibus deus autem nouit corda uestra. quia quod hominibus altum est. abhominatio est ante deum. Lex & prophete usque ad iohannem. Ex eo regnum dei euangelizatur & omnis in illud uim facit. Facilius est autem celum & terram preterire. quam de lege unum apicem cadere. Et omnis qui dimittit uxorem suam & ducit alteram. mechatur. Et qui dimissam a uiro ducit. mechatur.

Homo quidam erat diues & induebatur purpura & bysso. & epulabatur cotidie splendide. Et erat quidam mendicus nomine lazarus qui iacebat ad ianuam eius ulceribus plenus. cupiens saturari de micis que cadebant de mensa diuitis. & nemo illi dabat. Sed & canes uenientes lingebant ulcera eius. factum est autem ut moreretur mendicus. & portaretur ab angelis in sinum abrahe. Mortuus est autem & diues & sepultus est in inferno. Eleuans autem oculos suos cum esset in tormentis. uidit abraham a longe & lazarum in sinu eius. Et ipse clamans dixit. Pater abraham miserere mei. & mitte lazarum ut intingat extremum digiti sui in aqua ut refrigeret linguam meam

qz cruciоr in hac flāma. Et dixit illi abraham. fili
recordare qz recepisti bona in uita tua. & lazarus simili
mala. Nunc aut hic consolat. tu uō cruciaris. Et in his omi
bz inт nos & uos chaos magnum firmatum ē ut hi qui uolūt
hinc tnsire ad uos nō possint. neqz inde huc tnsmeare. Et ait.
Rogo ergo te pater ut mittas eum in domū patris mei. Habeo e
mim. v. frēs. ut testet illis ne & ipsi ueniant in locum hui tor
toy. Et ait illi abraham. habent moysen & pphas. audiant il
los. At ille dixit. Non pater abraham. sz si quis ex mortuis ierit
ad eos pniam agent. Ait aut illi. Si moysen & pphas nō audi
unt. neqz si quis ex mortuis resurrexerit credent. Et ad discipu
los suos ait. Impossibile ē ut nō ueniant scandala. Ve aut
illi p quem ueniunt. Vtili est illi si lapis molaris imponat
circa collum ei & proiciat in mare. qm ut scandalizet unum de
pusillis istis. Attendite uob. Si peccauerit frr tuus increpa il
lum & si pniam egerit. dimitte illi. Et si septies in die pecca
uit in te. Et septies in die conuersus fuit ad te dicens pnitet me
dimitte illi. Et dixerūt apli dño. Auge nob fidem. Dixit autem
dns. Si habueritis fidem sicut granum sinapis diceretis huic arbo
ri moro eradicare & transplantare in mare & obediret uob. Qis
aut uestrum hz seruum arantem aut pascentem. qui re
gresso de agro dicat illi statim recumbe & nō dicat ei para qd
cenem & pcinge te & ministra mihi donec manducem & bibam.
et post hec tu manducabis & bibes. Numqd gratiam hui ser uo
illi qz fecit que ei imperauerit. Non puto. Sic & uos cū feceritis
omia que pcepta sūt uob. dicite serui inutiles sumus. qd debui
mus facere fecimus. Et factum ē dum iret in ierlm transibat p me
diam samariā & galilēam. Et cum ingrederet quoddam castel
lum. occurrerūt ei decem uiri lepsi. Qui stetерūt a longe & leua
uerūt uocem suam dicentes. Jhu pceptor miserere nri. Quos
ut uidit dixit. Ite ostendite uos sacerdotibz. Et factum ē dum
irent. mundati sūt. Unus aut ex illis ut uidit qm mundat
ē regressus ē cum magna uoce magnificans dm. Et cecidit in
faciem ante pedes ei gratias agens. Et hic erat samaritanus. Respon
dens aut ihc dixit. Nonne decem mundati sūt. Et nouem ubi
sūt. Non ē inuentus qui rediret & daret glām deo nisi hic alie
nigena. Et ait illi. Surge uade qz fides tua te saluum fecit.
Interrogatus aut a phariseis quando regnum dei ueniret. respondit
eis & dixit. Non uenit regnum dei cū observatione. neqz di
cent ecce hic aut ecce illic. ecce enim regnum dei intra uos est.
Et ait ad discipulos suos. Venient dies quū desideretis uidere
unum diem filii hominis & nō uidebitis. Et dicent uob ecce
hic. ecce illic. nolite ire. neqz sectemini. Nam sicut fulgor cho
ruscans de sub celo in ea que sub celo est fulget. ita erit filius hois
in die sua. Primum aut oportet illum multa pati & reprobari
a gnatione hac. Et sicut factum ē in diebz noe. ita erit & in diebz
filii hois. Edebant & bibebant & uxores ducebant & dabant
ad nuptias usqz in diem qua intrauit noe in archā & uenit
diluuium & perdidit omes. Similiter factum est in diebz loth. Ede
bant & bibebant. emebant & uendebant. plantabant edifi
cabant. Qua die aut exiit loth sodomis pluit ignem & sul
phur de celo & omes perdidit. secm hec erit qua die filius hominis
reuelabitur. In illa hora qui fuerit in tecto & uasa ei in domo. ne
descendat tollere illa. Et qui in agro similiter non redeat
retro. Memores estote uxoris loth. Quicunqz quesierit
animam suam saluare perdet illam. Et qui perdiderit illam. ui
uificabit eam. Dico uob in illa nocte erunt duo in lecto uno u
nus assumetur & alter relinquetur. Due erunt molentes in
unum. una assumetur & altera relinquetur. Duo in agro unus
assumetur & alter relinquetur. Respondentes dicunt illi. Ubi
dne. Qui dixit eis. Ubicunqz fuerit corpus illuc congregabun
tur aquile. Dicebat aut & parabolam ad illos. qm oportet
semp orare & nō deficere dicens. Judex quidam erat in quo
ciuitate qui dm nō timebat & hoiem nō reuerebatur. Vidua
aut quedam erat in ciuitate illa & ueniebat ad eū dicens.
Vindica me de aduersario meo. Et nolebat p multū tempus.
Post hec aut dixit intra se. Et si dm nō timeo. nec hoiem reue
or. tamen qm molesta ē mihi hec uidua. uindicabo illam. ne in
fine ueniens suggillet me. Ait aut dns. Audite quid
iudex iniquitatis dicit. Deus aut nō faciet uindictam electo
rum suoru clamantium ad se die ac nocte & patientiam habebit
in illis. Dico uobis qm cito faciet uindictam illoru. Uerum tn
filius hominis ueniens putas inueniet fidem in tra. Dixit
aut & ad quosdam qui in se confidebant tanq iusti & aspi
nabantur ceteros parabolam istam. Duo homines ascenderunt in
templum ut orarent. Unus phariseus & alter publicanus. Phari
seus stans hec apud se orabat. Deus gratias ago tibi. qm nō sum sicut ceteri ho
minum. Raptores. iniusti. adulteri. uelut etiam hic publicanus.
Jeiuno bis in sabbto. decimas do omnium que possideo. Et pu
blicanus a longe stans. nolebat nec oculos ad celum leuare. sz
percutiebat pectus suum dicens. Deus propitius esto mihi peccatori. Di
co uob descendit hic iustificatus in domum suam ab illo.
Quia omnis qui se exaltat humiliabitur & qui se humiliat
exaltabitur. Offerebant aut ad illum & infantes ut eos tan
geret. Quos cum uiderent discipuli increpabant illos. Jhc aut
conuocans illos dixit. Sinite pueros uenire ad me & nolite eos
uetare. Talium enim ē regnum dei. Amen dico uob quicunqz non ac
ceperit regnum dei sicut puer. non intrabit in illud. Et interrogauit eum
quidam princeps dicens. Magister bone quid faciens uitam
etiam possidebo. Dixit aut ei ihc. Quid me dicis bonum.
Nemo bonus nisi solus deus. Mandata nosti. Non occidas. non mecha
beris. non furtum facies. non falsum testimonium dices. honora
patrem tuum & matrem. Qui ait. Hec omia custodiui a iu
uentute mea. Quo audito ihc ait ei. Adhuc unum tibi deest. Oia
quecunqz habes uende & da pauperibz & habebis thesaurum in ce
lo & ueni sequere me. Hic ille audito contristatus ē. qd diues
erat ualde. Videns aut illum ihc tristem fieri dixit. Quam
difficile qui pecunias habent in regnum dei introibunt. facilius
ē enim camelum per foramen intrare qm diuitem intrare in reg
num dei. Et dixerūt qui audiebant. Et quis potest saluus fie.
Ait illis. Que impossibilia sunt apud homines. possibilia sūt apud
deum. Ait aut petrus. Ecce nos dimisimus omia & secuti sumus
te. Qui dixit eis. Amen dico uob nemo ē qui reliquit domum
aut parentes. aut fres aut uxorem aut filios propter regnum dei.
& nō accipiat multo plura in hoc tpe & in futuro seculo uitam etiam.

Assumpsit aut ihc duodecim & ait illis. XVI.
Ecce ascendimus ihrosolimam & consummabuntur omia que
scripta sūt per pphas de filio hominis. Tradetur enim gentibz &
illudetur & flagellabitur & conspuetur. Et postquam flagellauerint oc
cident eum & tertia die resurget. Et ipsi nichil horum intellexerūt.
Et erat aut uerbum istud absconditum ab eis & nō intelligebant
que dicebantur. Factum est aut cum appropinquaret iherico.
cecus quidam sedebat secus uiam mendicans. Et cum audiret
turbam pretereuntem. interrogabat quid hoc esset. Dixerunt aut ei
qd ihc nazarenus transiret. Et clamauit dicens. Jhu fili dd
miserere mei. Et qui precedebant increpabant eum ut taceret.
Ipse uero multo magis clamabat fili dd miserere mei. Stans
aut ihc iussit eum adduci ad se. Et cum approprinquasset.
interrogauit illum dicens. Quid tibi uis faciam. Et ille dixit.
Domine ut uideam. Et ihc dixit illi. Respice. fides tua te saluum
fecit. Et confestim uidit & sequebatur illum magnificans
deum. Et omnis plebs ut uidit dedit laudem deo. Et ingressus
perambulabat iherico. Et ecce uir nomine zacheus & hic e
rat princeps publicanorum & ipse diues. Et querebat uidere ihm
qui esset & non poterat pre turba qz statura pusillus erat. Et
precurrens ascendit in arborem sicomorum ut uideret illum

ccxb ccxiv
ccxbj ccxv
ccxbij ccxvi
ccxbiij ccxvij
ccxbiiij ccxviij
ccxv ccxix
ccxvj ccxx
ccxvij ccxxi
ccxviij ccxxij
ccxviiij ccxxiij
ccxix ccxxiiij
Cap. xix

quia inde erat transitus. Et cum uenisset ad locum sus-
pitiens ihc uidit illum & dixit ad eum. Zachee festinans des-
cende. qz hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans
descendit & excepit illum gaudens. Et cum uidissent omes mur-
murabant dicentes qd ad hominem peccatorem diuertisset. Stans
aut zachee. dixit ad dnm. Ecce dimidium bonorum meorum dne
do pauperibz & si quid aliquem defraudauit reddo quadruplum.
Ait ihc ad eum. Quia hodie salus domui huic facta est. eo qd & ipse
filius sit abrahe. Venit enim filius hominis querere & saluum
facere qd perierat. Hec illis audientibz adiciens dixit parabolam eo
qd esset prope hierlm & putarent qd continuo regnum dei
manifestaret. Dixit ergo. Homo quidam nobilis abiit in regio-
nem longinquam accipere sibi regnum & reuerti. Vocatis autem decem
seruis suis. dedit illis x. minas. Et ait ad illos. Negotiamini
dum uenio. Ciues autem eius oderant illum & miserunt legationem
post illum dicentes. Nolumus hunc regnare sup nos. Et factum est ut
rediret accepto regno. iussit uocari seruos quibz dedit pecuniam
ut sciret quantum quisq negotiatus esset. Venit autem primus dicens.
Dne mina tua x. minas adquisiuit. Et ait illi. Euge serue bo-
ne qm in modico fidelis fuisti. eris potestatem habens sup x. ciuita-
tes. Et alter uenit dicens. Dne ecce mina tua quam habui repositam
in sudario. Timui enim te qz homo austerus es. tollis qd non po-
suisti & metis qd non seminasti. Dicit ei. De ore tuo te iudico
serue nequam. Sciebas qd ego homo austerus sum. tollens qd non
posui. & metens qd non seminaui. Et quare non dedisti pecuniam
meam ad mensam & ego ueniens cum usuris utiq exegissem
illam. Et astantibz dixit. Auferte ab illo minam & date
illi qui x. minas habet. Et dixerunt ei. Dne habet x. minas.
Dico autem uobis qm omni habenti dabitur. ab eo autem qui non habet
& quod habet auferetur ab eo. Verumtamen inimicos meos illos qui noluerunt
me regnare sup se adducite huc & interficite ante me. Et hec
dicens precedebat ascendens hierosolymam. Et factum est cum appro-
pinquasset bethfage & bethaniam ad montem qui uocatur
oliueti. misit duos discipulos suos dicens. Ite in castellum quod
contra est. in quod intrantes inuenietis pullum asine alli-
gatum cui nullus hominum sedit. Soluite illum & adduci-
te. Et si quis uos interrogauerit quare soluitis. sic dicetis ei. Quia
dns opam eius desiderat. Abierunt autem qui missi erant & inue-
nerunt sicut dixit illis. stantem pullum. Soluentibz autem
illis pullum. dixerunt dni eius ad illos. Quid soluitis pullum.
At illi dixerunt. Quia dns eum necessarium habet. Et duxerunt
illum ad ihm. Et iactantes uestimenta sua. sup illum imposue-
runt ihm. Eunte autem illo substernebant uestimenta sua in uia.
Et cum appropinquaret iam ad descensum montis oliueti.
ceperunt omnes turbe discipulorum gaudentes laudare deum
uoce magna sup omnibz quibus uiderant uirtutibz dicentes. Be-
nedictus qui uenit rex in nomine dni. pax in celo & gla in excelsis.
Et quidam pharisseorum de turbis dixerunt ad illum. Magister
increpa discipulos tuos. Quibz ipse ait. Dico uobis quia si hi tace-
runt. lapides clamabunt. Et ut appropinquauit. uidens ciuitatem
fleuit sup illam dicens. Quia si cognouisses & tu. Et quidem
in hac die tua que ad pacem tibi. nunc autem abscondita sunt ab o
culis tuis. Quia uenient dies in te & circumdabunt te inimici
tui uallo. & circumdabunt te. & coangustabunt te undiq. & ad ter-
ram conterent te & filios tuos qui in te sunt. Et non relin-
quent in te lapidem sup lapidem. eo qd non cognouisti tempus
uisitationis tue. Et ingressus in templum cepit eicere uen-
dentes in illo & emptores dicens illis. Scriptum est qm domus me
a domus orationis est. Vos autem fecistis illam speluncam latro-
num. Et erat docens cotidie in templo. Principes autem sa-
cerdotum & scribe. & principes plebis querebant illum perde-
re. & non inuenichant quid facerent illi. Omnis enim populus sus-
pensus erat audiens illum. Et factum est in una dierum docen-

te illo populum in templo & euangelizante. conuenerunt
principes sacerdotum & scribe cum senioribz & auunt ad
illum dicentes. Dic nobis in qua potestate hec facis. aut
quis est qui dedit tibi hanc potestatem. Respondens aut dixit
ad illos. Interrogabo uos & ego unum responsum mihi. Baptis-
ma iohannis de celo erat an ex hominibz. At illi cogitabant inter
se dicentes. Quia si dixerimus de celo. dicet. Quare ergo non credi-
distis illi. Si autem dixerimus ex hominibz. plebs uniuersa lapi-
dabit nos. Certi sunt enim iohannem prophetam esse. Et responderunt
se nescire unde esset. Et ihc ait illis. Neq ego dico uobis in qua
potestate hec facio. Cepit autem dicere ad plebem parabolam hanc.
Homo quidam plantauit uineam & locauit eam colonis. Et ipse pe-
regre fuit multis temporibz. Et in tempore misit ad colonos seru-
um. ut de fructu uinee darent illi. Qui cesum dimiserunt
eum inanem. Et addidit alterum seruum mittere. Illi autem
hunc & cedentes. & affligentes contumelia dimiserunt inanem.
Et addidit tertium mittere. Qui & illum uulnerantes eiecerunt. Di-
xit aut dns uinee. Quid faciam. Mittam filium meum dilectum.
forsitan cum hunc uiderint. uerebuntur. Quem cum uidissent
coloni. cogitauerunt inter se dicentes. Hic est heres. occidamus illum
ut nra fiat hereditas. Et eiectum illum extra uineam occiderunt.
Quid ergo faciet illis dns uinee. Veniet & perdet colonos istos.
& dabit uineam aliis. Quo audito dixerunt illi. Absit. Ille
aut aspiciens eos. ait. Quid est ergo hoc qd scriptum est. Lapidem
quem reprobauerunt edificantes hic factus est in caput anguli. Omnis
qui ceciderit super illum lapidem conquassabit. supra quem au-
tem ceciderit. comminuet illum.

XVII.

Et querebant principes sacerdotum & scribe mittere in illum
manus. illa hora & timuerunt populum. Cognouerunt enim qd
ad ipsos dixit similitudinem istam. Et obseruantes miserunt
insidiatores qui se iustos simularent ut caperent eum in ser-
mone. & traderent illum principatui & potestati presidis. Et
interrogauerunt illum dicentes. Magister scimus qm recte dicis &
doces. & non accipis personam. sed in ueritate uiam dei doces. Licet
nobis tributum dare cesari an non. Considerans autem dolum
illorum. dixit ad eos. Quid me temptatis. Ostendite mihi denari-
um. cuius habet ymaginem & inscriptionem. Respondentes
dixerunt ei. Cesaris. Et ait illis. Reddite ergo que sunt cesaris cesa-
ri & que dei deo. Et non potuerunt uerbum eius reprehendere coram
plebe. Et mirati in responso eius tacuerunt. Accesserunt autem
quidam saduceorum qui negant esse resurrectionem. & interroga-
uerunt eum dicentes. Magister moyses scripsit nobis si cuius
mortuus fuerit habens uxorem & hic sine filiis fuerit. ut accipiat
eam frater eius uxorem & suscitet semen fratri suo. Septem ergo fratres erant
& primus accepit uxorem & mortuus est sine filiis. & sequens ac-
cepit illam & ipse mortuus est sine filio. Et tertius accepit illam
similiter & omnes septem & non reliquerunt semen & mortui sunt. Nouis-
sima omnium mortua est & mulier. In resurrectione ergo cuius
eorum erit uxor. Septem enim habuerunt eam uxorem. Et ait
illis ihc. Filii huius seculi nubunt & traduntur ad nuptias. Illi au-
tem qui digni habebuntur seculo illo & resurrectione ex mortuis.
neq nubent. neq ducent uxores. neq enim ultra mori pote-
runt. Equales enim angelis sunt & filii sunt dei cum filii sint resur-
rectionis. Quia autem resurgant mortui & moyses ostendit secus
rubum. sicut dicit dnm deum abraham & deum ysaac & deum ia-
cob. Deus autem non est mortuorum sed uiuorum. Omnes enim uiuunt
ei. Respondentes autem quidam scribarum dixerunt. Magister bene
dixisti. Et amplius non audebant eum interrogare. Dixit autem
ad illos. Quo modo dicunt xpm filium dauid esse. Et ipse dauid
dicit in libro psalmorum. Dixit dns dno meo sede a dextris me-
is. donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Dauid
ergo dnm illum uocat. & quomodo filius ei est. Audiente autem om-
ni populo dixit discipulis suis. Attendite a scribis qui uolunt am-

bulare

bulare ut stolis ⁊ amant salutationes in foro ⁊ p̄mas cathedras in sinagogis ⁊ p̄mos discubit⁹ in conuiuiis. Qui deuorant domos uiduarum simulanter longam oronem. Hi accipient dampnationē maiorem. Respiciens aut⁹ uidit eos qui mittebant munera sua in gazophilatium diuites. Uidit aut⁹ ⁊ quandā uiduā paupercula mittentem era minuta duo ⁊ dixit. Ue dico uobis q̄ uidua hec pauper plus q̄m omnes misit. Nam omnes hi ex habundantia sibi miserūt in munera dei. Hec aut⁹ ex eo q̄d deest illi omnem uictum suum quem habuit misit. Et quibusdam dicentibus de templo q̄d lapidibus bonis ⁊ donis ornatum esset. dixit. Hec que uidetis uenient dies in quibus non relinquet⁹ lapis sup lapidem qui non destruat. Interrogauerūt aut⁹ illum dicentes. Preceptor quando hec erūt. ⁊ q̄d signum cum fieri incipient. Qui dixit. Uidete ne seducamini. Multi enim uenient in nomine meo dicentes q̄ ego sum ⁊ tempus appropinquauit. nolite ergo ire post illos. Cum aut⁹ audieritis pelia ⁊ seditiones nolite terreri. Oportet primum hec fieri. sed non statim finis. Tunc dicebat illis. Surget gens contra gentem ⁊ regnum aduersus regnum. ⁊ terremotus magni erunt per loca ⁊ pestilentie ⁊ fames. terroresq̄ de celo ⁊ signa magna erunt. Sed ante hec omnia iniicient uobis manus suas. Et persequentur tradentes in synagogas ⁊ in custodias trahentes ad reges ⁊ p̄sides propter nomen meum. Continget aut⁹ uobis in testimonium. Ponite ergo in cordibus uestris non p̄meditari quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo uobis os ⁊ sapientiam cui non potuerint resistere ⁊ contradicere omnes aduersarii uestri. Trademini aut⁹ a parentibus ⁊ fratribus ⁊ cognatis ⁊ amicis ⁊ morte afficient ex uobis. Et eritis odio omnibus p̄p nomen meum ⁊ capillus de capite uestro non peribit. In patientia uestra possidebitis animas uestras. Cum aut⁹ uideritis circumdari ab exercitu hierusalem. tunc scitote q̄ appropinquauit desolatio eius. Tunc qui in iudea sint fugiant in montes ⁊ q̄ in medio eius discedant. Et qui in regionibus non intrent in eam. q̄ dies ultionis hi sunt ut impleantur omnia que scripta sunt. Ue aut⁹ p̄gnantibus ⁊ nutrientibus in illis diebus. Erit enim p̄sura magna super terram ⁊ ira p̄pl̄o huic. Et cadent in ore gladii ⁊ captiui ducent⁹ in omnes gentes. ⁊ hierusalem calcabit⁹ a gentibus donec impleantur tempora nationū. Et erunt signa in sole ⁊ luna ⁊ stellis. ⁊ in terris pressura gentium p̄ confusione sonus maris ⁊ fluctuum. Arescentibus hominibus p timore ⁊ expectatione que superuenient uniuerso orbi. Nam uirtutes celorum mouebunt⁹. Et tunc uidebunt filium hominis uenientem in nube cum potestate magna ⁊ maiestate. Hec aut⁹ fieri incipientibus respicite ⁊ leuate capita uestra quoniam appropinquat redemptio uestra. Et dixit illis similitudinem. Uidete ficulneam ⁊ omnes arbores cum p̄ducunt iam ex se fructum scitis quoniam p̄pe est estas. Ita ⁊ uos cum uideritis hec fieri scitote quoniam p̄pe est regnum dei. Amen dico uobis q̄ non p̄teribit generatio hec donec omnia fiant. Celum ⁊ terra transibunt. uerba aut⁹ mea non transibunt. Attendite aut⁹ uobis ne forte grauentur corda uestra in crapula ⁊ ebrietate ⁊ curis huius uite. ⁊ supueniat in uos repentina dies illa. Tamquam laqueus enim superueniet in omnes qui sedent super faciem omnis terre. Uigilate itaq; omni tempore orantes. ut digni habeamini fugere ista omnia que futura sunt ⁊ stare ante filium hominis.

Erat aut⁹ diebus docens in templo. noctibus aut⁹ exiens morabatur in monte qui uocat⁹ oliueti. Et omnis p̄pl̄s mane cabat ad eum in templo audire eum. xviii.

Appropinquabat aut⁹ dies festus azimorum qui dicit⁹ pascha. Et querebant principes sacerdotum ⁊ scribe quomodo eum interficerent. timebant aut⁹ plebem. Intrauit aut⁹ sathanas in iudam qui cognominat⁹ scarioth unum de duodecim. Et abiit ⁊ locut⁹ est cum principibus sacerdotum ⁊ magistratibus quemadmodum illum traderet eis. Et gauisi sunt ⁊ pacti sunt pecuniam illi dare. Et spopondit. ⁊ querebat opportunitatem ut traderet illum sine turbis. Uenit aut⁹ dies azimorum in qua necesse erat occidi pascha ⁊ misit petrum ⁊ iohannem dicens. Euntes parate nobis pascha ut manducemus. Et illi dixerunt. Ubi uis paremus. Et dixit ad eos. Ecce introeuntibus uobis in ciuitatem occurret uobis homo amphoram aque portans. Sequimini eum in domum in qua intrat ⁊ dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi magist⁹. Ubi est diuersorium ubi pascha cum discipulis meis manducem. Et ipse uobis ostendet cenaculum magnum stratum ⁊ ibi parate. Euntes aut⁹ inuenerunt sicut dixit illis ⁊ parauerunt pascha. Et cum facta esset hora discubuit ⁊ xii. apli cum eo. Et ait illis. Desiderio desideraui hoc pascha manducare uobiscum antequam patiar. Dico enim uobis q̄ ex hoc non manducabo illud donec impleatur in regno dei. Et accepto calice gratias egit ⁊ dixit. Accipite ⁊ diuidite inter uos. Dico enim uobis q̄d non bibam de generatione uitis donec regnum dei ueniat. Et accepto pane gratias egit ⁊ fregit ⁊ dedit eis dicens. Hoc est corpus meum q̄d pro uobis datur. hoc facite in meam commemorationem. Similiter ⁊ calicem postquam cenauit dicens. Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo qui pro uobis funditur. Uerumtamen ecce manus tradentis me mecum est in mensa. Et quidem filius hominis secundum q̄d diffinitum est uadit. Ueruntamen ue illi homini per quem tradetur. Et ipsi ceperunt querere inter se quis esset ex eis qui hoc facturus esset. Facta est autem ⁊ contentio inter eos quis eorum uideretur esse maior. Dixit autem eis. Reges gentium dominantur eorum. ⁊ qui potestatem habent super eos benefici uocantur. Uos autem non sic. Sed qui maior est in uobis fiat sicut minor. Et qui precessor est. sicut ministrator. Nam quis maior est qui recumbit an qui ministrat. Nonne qui recumbit. Ego autem in medio uestrum sum sicut qui ministrat. Uos autem estis qui permansistis mecum in temptationibus meis. Et ego dispono uobis sicut disposuit mihi pater meus regnum ut edatis ⁊ bibatis super mensam meam in regno meo. Et sedeatis super thronos iudicantes xii. tribus israel. Ait aut⁹ dominus Symon. Symon ecce sathanas expetiuit uos ut cribraret sicut triticum. Ego aut⁹ rogaui p te ut non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Qui dixit ei. Domine tecum paratus sum ⁊ in carcerem ⁊ in mortem ire. Et ille dixit. Dico tibi petre non cantabit hodie gallus donec ter abneges nosse me. Et dixit eis. Quando misi uos sine sacculo ⁊ pera ⁊ calciamentis numquid aliquid defuit uobis. At illi dixerunt. Nichil. Dixit ergo eis. Sed nunc qui habet sacculum tollat similiter ⁊ peram. Et qui non habet uendat tunicam suam ⁊ emat gladium. Dico enim uobis q̄m adhuc hoc quod scriptum est oportet impleri in me. Et cum iniquis deputatus est. Etenim ea que sunt de me finem habent. At illi dixerunt. Domine ecce gladii duo hic. At ille dixit eis. Sat est. Et egressus ibat secundum consuetudinem in montem oliuarum. Secuti sunt autem illum ⁊ discipuli. Et cum peruenisset ad locum dixit illis. Orate ne intretis in temptationem. Et ipse auulsus est ab eis quantum iactus est lapidis. Et positis genibus orabat dicens. Pater si uis transferre calicem istum a me. Uerumtamen non mea uoluntas sed tua fiat. Apparuit aut⁹ illi angelus de celo confortans eum. Et factus est in agonia ⁊ prolixius orabat. Et factus est sudor eius sicut guttae sanguinis decurrentis in terram. Et cum surrexisset ab oratione ⁊ uenisset ad discipulos suos inuenit illos dormientes p tristitiam. Et ait illis. Quid dormitis. Surgite orate ne intretis in temptationem. xix.

Adhuc eo loquente ecce turba ⁊ qui uocabat⁹ iudas unus de xii. antecedebat eos. Et appropinquauit ihesu ut oscularet eum. Ihesus aut⁹ dixit ei. Iuda osculo filium hominis tradis. Uidentes aut⁹ hi qui circa ipsum erant q̄d futurum erat. dixerunt ei. Domine si percutimus in gladio. Et percul-

ccclxxxix ccclxxxx

sit unꝰ ex illis seruum principis sacerdotum. ⁊ amputauit auriculam eius dexteram. Respondens autem ihc ait. Sinite usq huc. Et cum tetigisset auriculam eius. sanauit eam. Dixit autem ihc ad eos qui uenerant ad se principes sacerdotum ⁊ magistratꝰ templi ⁊ seniores. Quasi ad latronem existis cum gladiis ⁊ fustibus? Cum quotidie uobiscum fuerim in templo non extendistis in me manus. Sed hec est hora uestra ⁊ potestas tenebrarum. Comprehendentes autem eum duxerunt ad domum principis sacerdotum. Petrus uero sequebatur longe.

ccclxxxx cccc
cccxci cccci

Accenso autem igne in medio atrii. ⁊ circumsedentibus illis erat petrus in medio eorum. Quem cum uidisset ancilla quedam sedentem ad lumen. ⁊ eum fuisset intuita. dixit. Et hic cum illo erat. Ille negauit eum dicens. Mulier non noui illum. Et post pusillum alius uidens eum dixit. Et tu de illis es. Petrus uero ait. O homo non sum. Et intervallo facto quasi horae unius alius quidam affirmabat dicens. Vere hic cum illo erat. nam ⁊ galyleus est. Et ait petrus. Homo nescio quid dicis. Et continuo adhuc illo loquente gallus cantauit. Et conversus dominus respexit petrum.

cccxcii cccciii

Et recordatus est petrus ubi dominus dixerat. quia priusquam gallus cantet ter me negabis. Et egressus foras petrus fleuit amare. Et uiri qui tenebant illum illudebant ei cedentes. Et uelauerunt eum ⁊ percutiebant faciem eius ⁊ interrogabant eum dicentes. Prophetiza quis est qui te percussit. Et alia multa blasphemantes dicebant in eum. Et ut factus est dies. conuenerunt seniores plebis ⁊ principes sacerdotum ⁊ scribe. ⁊ duxerunt illum in concilium suum dicentes. Si tu es xpc dic nobis. Et ait illis.

cccxciii cccciv
cccxciv cccv
cccxcv cccvi

Si uobis dixero non credetis mihi. Si autem ⁊ interrogauero non respondebitis mihi neque dimittetis. Ex hoc autem erit filius hominis sedens a dextris uirtutis dei. Dixerunt autem omnes. Tu ergo es filius dei. Qui ait. Vos dicitis quia ego sum. Et illi dixerunt. Quid adhuc desideramus testimonium? Ipsi enim audiuimus de ore eius. Et surgens omnis multitudo eorum duxerunt illum ad pilatum. Ceperunt autem accusare illum dicentes. Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram ⁊ prohibentem tributa dari cesari. ⁊ dicentem se xpm regem esse. Pilatus autem interrogauit eum dicens. Tu es rex iudeorum. Et ille respondens ait. Tu dicis. Ait autem pilatus ad principes sacerdotum ⁊ turbas. Nichil inuenio causae in hoc homine. At illi inualescebant dicentes.

cccxcvi cccvii

Commouet populum docens per uniuersam iudeam ⁊ incipiens a galylea usque huc. Pilatus autem audiens galyleam interrogauit si homo galyleus esset. Et ut cognouit quod de potestate esset. remisit eum ad herodem qui ⁊ ipse iherosolymis erat illis diebus. Herodes autem uidens ihm gauisus est ualde. Erat enim cupiens ex multo tempore uidere eum eo quod audiret multa de illo. ⁊ sperabat signum aliquod uidere ab eo fieri. Interrogabat autem illum multis sermonibus. ⁊ ipse nichil illi respondebat. Stabant autem principes sacerdotum

cccxcvii cccviii
cccxcviii cccix

⁊ scribe constanter accusantes eum. Spreuit autem illum herodes cum exercitu suo. ⁊ illusit indutum ueste alba. ⁊ remisit ad pilatum. Et facti sunt amici herodes ⁊ pilatus ex ipsa die. nam antea inimici erant ad inuicem. Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotum ⁊ magistratibus ⁊ plebe dixit ad illos.

cccxcix cccx

Obtulistis mihi hunc hominem quasi auertentem populum. ecce ego coram uobis interrogans nullam causam inuenio in homine isto ex his in quibus eum accusatis. Sed neque herodes. Nam remisi uos ad illum ⁊ ecce nichil dignum morte actum est ei. Cum ergo castigatum illum dimittam. Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum unum. Exclamauit autem tota l'una turba dicens. Tolle hunc ⁊ dimitte nobis barrabam. Qui erat propter seditionem quandam factam in ciuitate ⁊ homicidium missus in carcerem. Iterum autem pilatus locutus est ad illos uolens dimittere ihm. At illi subclamabant dicentes. Crucifige crucifige illum. Ille autem

cccxci cccxii

tertio dixit ad illos. Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illum ⁊ dimittam. At illi instabant uocibus magnis postulantes ut crucifigeretur. Et inualescebant uoces eorum. Et pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum. Dimisit autem illis eum qui propter homicidium ⁊ seditionem missus fuerat in carcerem quem petebant. ihm uero tradidit uoluntati eorum.

cccxcii cccxiii
cccxciii

Et cum ducerent eum apprehenderunt symonem quendam cyrenensem uenientem de uilla ⁊ imposuerunt illi crucem portare post ihm. Sequebatur autem illum multa turba populi ⁊ mulierum que plangebant ⁊ lamentabantur eum. Conuersus autem ad illas ihc dixit. Filie ierlm nolite flere super me. sed super uosipsas flete ⁊ super filios uestros. Quoniam ecce uenient dies in quibus dicent. Beate steriles ⁊ uentres qui non genuerunt ⁊ ubera que non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus cadite super nos ⁊ collibus operite nos. Quia si in uirido ligno hec faciunt. in arido quid fiet? Ducebantur autem ⁊ alii duo nequam cum eo ut interficerentur. Et postquam uenerunt in locum qui uocatur caluarie. ibi crucifixerunt eum. Et latrones unum a dextris. ⁊ alium a sinistris. Ihc autem dicebat. Pater dimitte illis. Non enim sciunt quid faciunt. Diuidentes uero uestimenta eius miserunt sortes. Et stabat populus exspectans. Et deridebant illum principes cum eis dicentes.

cccxciv cccxiv
cccxcv cccxv
cccxcvi cccxvi

Alios saluos fecit se saluum faciat. si hic xpc dei electus. Illudebant autem ei ⁊ milites accedentes ⁊ acetum offerentes illi dicentes. Si tu es rex iudeorum saluum te fac. Erat autem ⁊ superscriptio inscripta super illum. litteris grecis ⁊ latinis ⁊ hebraicis hic est rex iudeorum. Vnus autem de his qui pendebant latronibus blasphemabat eum dicens. Si tu es xpc saluum fac temetipsum ⁊ nos. Respondens autem alter increpabat illum dicens. Neque tu times deum quod in eadem damnatione es. Et nos quidem iuste. nam digna factis recepimus. hic uero nichil mali gessit. Et dicebat ad ihm. Domine memento mei dum ueneris in regnum tuum. Et dixit illi ihc. Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso. Erat autem fere hora sexta. Et tenebre facte sunt in uniuersam terram usque in horam nonam. obscuratus est sol. Et uelum templi scissum est medium. Et clamans uoce magna ihc ait. Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et hec dicens exspirauit. Uidens autem centurio quod factum fuerat. glorificauit deum dicens. Vere hic homo iustus erat. Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud. ⁊ uidebant que fiebant. percutientes pectora sua reuertebantur.

cccxcvii cccxvii
cccxcviii cccxviii

Stabant autem omnes noti eius a longe. ⁊ mulieres que secute erant eum a galylea hec uidentes.

cccxcix cccxix

